ENCHIRIDION
LOCORVM COMMVNIVM

Ioãnis Eckij, aduersus Martinũ Lutherũ & asseclas eius, cũ multis additionibus noꝰ uiter adiectis, hoc siꝰ gno ⁕ notatis.



Venetijs in Officina D. Bernardini.

M. D. XXXVIII.

Item in monte aureo

70

Tabella huius operis.

1 De ecclesia & ei⁹ auctoritate. fo. 6
2 De Concilijs. 16
3 De primatu sedis apostolicæ. 25
4 De scripturis. 40
5 De fide & operibus. 44
* Ostenditur iustum in opere bono non peccare.
6 De confirmatione. 55
7 De ordine. 56
8 De confessione. 62
9 *De satisfactione. 66
10 De eucharistia sub vtraq; spē. 73
11 De matrimonio. 76
12 De extrema vnctione. 77
13 De humanis cōstitutionibus. 78
14 De festis, ieiunijs &c. 85
15 De veneratione Sanctorum. 89
16 De imaginibus Sanctorū. 105
17 De sacrificio missæ. 109
18 De votis. 115
* Ostenduntur vota monastica euā gelica.
19 De cœlibatu clericorum. 122
20 De cardinalibus & legatis. 127
21 De excōmunicationibus. 129

22 De bello in Turcas. 133
23 De immunitate ecclesiarũ. 136
24 De indulgentiis. 141
25 De purgatorio. 145
26 De annatis. 148
27 De hæreticis comburendis. 149
28 Non disputandũ cũ hęreticis. 155
29 Sub eucharistia eẽ corp⁹Chri. 159
30 De pueris baptizandis. 166
31 De libero arbitrio. 173
32 De orone & horis canonicis. 181
33 De pluralitate sacerdotũ, & decimis. 189
34 * Missã, necnõ horas canonicas Latine, & nõ Germanice dicendas scripturis contenditur.
* Index errorum adnotatorũ in Caietani cõmentarijs per Ambrosium Catharinum politum. 206
* XXI. Articuli Anabaptistarũ, per D. Ioã. Cochleum cõfutati, & vnde suam habeant originem. 219
* De veneratione & inuocatione sanctorum breuis assertio. 239
Itẽ D. Cypriani ep'la de sacer. obtẽpe.

REVEREN. IN CHRISTO Patri, & pientissimo principi ac domino D. Cõrado a Thungen, Herbipolẽsis ecclesiæ Episcopo digniss. ac Franciæ Orientalis duci, dño suo obseruãtissimo Ioãnes Eckius.

S. D.

Ad Philemonem.

GRatias agit Deo in orationibus suis, reuerẽdissime pater & princeps, Diuus Paulus apostolus, audiens charitatem Philemonis & fidem, quã habebat in domino Iesu & in omnes sanctos eius. Optime enim perspectum habuit, secretorũ Dei conscius Paulus, tunc cuiuslibet fidem coram Deo splendescere, quando eam sanctis & amicis Dei veteribus maxime, conformem reddere satagit, quemadmodum Israel nõ solum Deum credidit, sed & seruo eius Mosi. Et boni ac synceri quiq; a Christo passo in hũc diem sedulo prẹstiterunt, sobrie & non plus q̃ oportet sapientes. Verum qui

Exod. 14.

hac regula apostolica neglecta, ambu Rom. 12.
lauerũt in mirabilibus super se & extu Psal. 130.
lerunt se velut Lucifer & dæmonium
meridianũ: in sanctos Dei credere no-
lentes, decepti sunt, & in præcipitiũ er-
rorum dati sunt, dum veteres illos apo
stolicos viros, eruditione spectabiles,
moribus insignes, auctoritate conspi-
cuos, atque miraculis claros, aspernari
non verentur. Hi inquã, non nisi vene
nata dogmata, a salute aliena a recta
fide deuia, & veritatis expertia, mũdo
inuehere moliti sunt. Nam qui nõ du
citur concordi sanctorũ patrum sibi in
ecclesia succedentiũ ꝑfectione, vnaq;
conciliorũ sententia, in abominabiles
quosq; errores, insolenti ac superba te
meritate præceps corruat necesse est.
Hanc vesanã & procacem maluit imi
tari temeritatẽ Luther, cum cõplicibus
suis, quã in sanctos Dei & fidei regulã,
quã vniuersa obseruat ecclesia, pie cũ
Philemone credere. Nam & peruersa
voluntate cõtra ministros Dei, sanctis-
simos patres atque vniuersam obmus

mutat eccleſiam: ſuum ipſius iudiciū (o pluſq̄; cęcam vaniſſimi hominis ſuperbiam) omnibus eccleſiæ pceribus anteferens. Pudendā vero ſuam inſaniam, paucis initio deliniauit articulis, aurem captans popularē, quo nocentiora & magis virulenta in poſterū ſitienter haurirent erroris pocula. Multorum profecto animos leni indulgentiarum tyrocinio demētauit, vt quaqȝ verſum poſtea eos agitaret, & in oēm erroris impelleret ventū. Quo factum eſt, vt indies auctior factus ſit diſcipulorum ſuorū numerus, potiſſimū Mahumetica illa accedente libertate, in q̄ mirum q̄; ſibi elatus ille placuerit, qꝑ
Pſa.143. oues ſuas, vt Dauid inquit, vidit fœtoſas. Nam ſic de hæreticis intelligi exiſtimat Hieronymus. Ad hæc noſtris ita exigentibus peccatis, rami & ſtilones prodiere, radice peſtilentiores, cum ſectarum exorientiū nullus ſit finis. Experimur nēpe, noſtro hoc infelici ſeculo, Iconomaſtiges imaginū incendiarios: Capharnaitas, quibus venerabile

corpus Christi in eucharistia purus est sermo: Catabaptistas, qui pueris baptismũ negant, & adultos tingunt. Et horuꝫ omniũ quotidie diuersa sectioꝫ vt nec cuniculi sæpius pariant, q̃ hæretici. Hæc vero iratus deus permittit, q̄ non valide atq; ardentibus votis, Dei cum Osea obsecramus clemẽtiam, vt det illis: quid det illis? Vuluā sterilem & vbera arentia; q̄ conuenientissime de hæreticis explicat Hieronymus, qui in populorũ multitudine gloriantur: & in his filijs quos nutrierunt ad interitũ, vt educerent eos de ecclesia ad interfectorem. Tot. n. diabolus iugulat, quot in errore hęretici genuerũt filios. Quã tumuis autẽ hæresis inualescat speculatoribus Sion, non est tacendum, sed vox velut tuba exaltãda est cõtra Philisthæos illos exprobrantes aciem Dei viuentis: & pro turri Dauid oibus animi viribus pugnandũ est, in qua mille pendent clypei, & oĩs armatura fortiũ, q̄ strenue hactenus fortissimi quiq; præstiterunt viri in literis sacris clari. Et

ego omnium minimus cum his bestijs dentatis iam sæpe & eminus & cominus pugnaui. Cominus quidē Lipsiæ cū ipso draconis capite Luthero & Carolostadio. 20. diebus disputando, spectante nōnunquam Christianissimo principe D. Georgio Saxoniæ Duce. Et in Baden cum Capharnaita Oecolāpadio & assfeclis, assidentibus duodecim Contonum Heluetiorum & quatuor episcoporū ambasiatoribus, pluribus diebus conflixi. Eminus vero, æditis aliquot in Germania & Italia libellis, cū hæreticis manū conserui. E quorū numero Enchiridion fuit locorū cōmunium, annis ab hinc quatuor prælo cōmissum, quod ea quidem ratione, hortatu reuerendissimi dñi Cardinalis D. Laurentij de Campegijs sedis Apostolicæ legati ædiderā: quo occupatiores, quibus non vacat grandia Heroum volumina reuoluere, in prōptu & breui (vt aiunt) manu haberent, quo hæreticis occurrerēt. Et simpliciores, quibus cortice natare opus est, summarium habe

Dux Georg. Baden.

L. Champegij.

rent credendorũ, ne a pseudapostolis subuerterẽtur. Nõ mea me fefellit opinio. Nam tam beneuolenter, & obuijs (vt aiunt) manibus, hic liber a pluribꝰ exceptus est, vt quater iã hoc breui tẽpusculo a Chalcographis Boiariæ publicatus sit. Tubingæ quoq; in Sueuis bis sit excusus, vidimus quoq; eum in Parrhisiensibus, Lugdunẽsibus ac Coloniensibus characteribus expressum. Vnde amiculi nostri obnixius me hortati sunt ad nouã Enchiridii æditionẽ. Parui ego petentiũ importunitati, quãuis pluribus alijs literarijs, ac ad populum declarãdi, atq; in scholis legendi, negotijs pene obruar. Itaq; locos priores sub censurã euocauimus, & in pluribus locupletauimus, & duos nouos post proximũ auctuarium locos adiecimus, vt renatus & nouus ferme liber videatur. Eum vtcunq; tenellũ & exiguum, tibi optimo principi reuerendissime Antistes dedicare volui, quod hæreticorũ partus mala soboles, iam altera vice, te tuãq; ecclesiam hostili-

ter inuaſerit,atq; in ſummū adduxiſſet diſcrimē, niſi tu prudētiſſimi naucleri functus opera,a tantis procellarū fluctibus,mirabili prudentia atq; inuicta fortitudine,nauem periclitantē ad portum tranquillitatis ſubduxiſſes. Deus Opt. Max. pro ineffabili ſua clemētia dignetur & in poſteꝝ diuo Kiliano intercesſſore,iam amplitudinē tuam cōtra fidei & eccleſię hoſtes tueri fortiter, & fouere ſuauiter. Vt te duce atq; victore Catholici reliqui & plebs fidelis animoſiores reddantur,ad verā orthodoxam fidem retinendā atq; defendēdam,ne traditi in os leonis rugiētis ad inferos demergantur. Tuum fuerit,ita obſecro ampliſſime præſul, hanc noſtram oblationē ex ſyncero & te vehementer amanti animo profectā, boni conſulere, & in incœpto fidei negotio feliciter perſeuerare. Vale & ſalue Antiſtitum decus & ornamentum. Ingolſtadij Boiariæ,ipſo ſancto die Epiphaniæ,Anno gratiæ M. D. XXIX.

DE ECCLESIA ET EIVS AVCTORItate, Caput primum, continens quatuor propositiones.

Cap. XI.

Prima propositio trimembris est.



CCLESIA est corpus Christi, Sponsa Christi, Regnum coelorum. Paulus: Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnē ecclesiā, quę est corpus ipsius, & plenitudo ei⁹, qui omnia in omnibus adimplet.

Primum membrum pbtur. s. ecclesia esse corpus Christi. Ephe. 4.

Digne ambuletis vocatiōe qua vocati estis, cum omni humilitate & mā suetudine, cum patientia supportātes inuicē in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spūs, sicut vocati estis In vna spe vocationis vestrę. Vnus dominus, vna fides, vnū baptisma. Vn⁹

Ecclesia corpus.

deus & pater omniū, qui est super oēs, & per omnia & in omnibus nobis.

Probatio secūdæ partis primæ ꝑpositionis.s. Ecclesia est sponsa Christi.

Cant.6. Vna. Vna est colūba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ.

Cant.4. Hortus conclusus soror mea, sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

Ephe.5. Mulieres viris suis subditę sint, sicut dn̄o, quoniā vir caput est mulieris, sicut Christus caput ecclesiæ, ipse saluator corporis eius: sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in oībus. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiā, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mūdans eam lauacro aquæ in verbo vitę, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentē maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.

Apo.21. De Hierusalem sicut sponsam ornatam viro suo.

1.Cor.12. Rom.12. Vos autē estis corpus Christi, & mēbra de membro.

Sic ergo vna est ecclesia, non est foris, sed intus: sicut vna fuit arca Noe. I. Pet. 3. quæ fuit figura vnius ecclesiæ. Extra illã vnam signatã nemo saluatur, sicut hoies extra arcam perierunt. Non est bigamus Christus, vna ecclesia apostolorum & nostra. Ante Lutherũ natum erat ecclesia, quæ credidit missam sacrificium, septẽ sacramenta, &c. illa fuit sponsa Christi. Itaque iam maneamus cum eadẽ ecclesia, & nõ iungamur ecclesię malignantiũ. Christus, quia diligit ecclesiam sponsam suam, nõ eam reliquit, nec D. nec M. annis. Etenim caput quõ desereret suum corpus tanto tempore? Cum synagogam minus dilectam ob peccata septuaginta dũtaxat annis reliquerit in captiuitate corporea Babylonis, quomodo suam sponsam ecclesiam relinqueret M. annis in captiuitate errorum? Applicatur superiora.

Probatio tertiæ partis ꝓpositionis, scilicet Ecclesia est regnum cœlorum.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane cõ Mat. 20.

ducere operarios in vineam suam.

Mat.22. Simile factum est regnũ cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias. Tunc simile est regnũ cœ-

Mat.25. lorum decẽ virginibus, quæ accipiẽtes lampades, exierunt obuiam sponso & sponsæ: quinq; aũt ex eis erant fatuæ.

Multas similes parabolas inuenies.

Mat.13. Applicat Inferens tria corollaria.

1 Si ergo regnum cœlorum hic dicitur ecclesia, quomodo in regno illo error & falsitas regnasset mille annis? Regnum cœlorum est regnũ veritatis.

2 Patet Deum semper exire vsque ad vesperam, ad conducendũ operarios: cõtra credunt Lutherani neminem cõductum a mille annis, nisi eorum idolum Lutherum.

3 Tertio patet ecclesiam hic in via eẽ collectã ex bonis ꝙ malis, quia Christus clare dicit ibi esse virgines prudentes & fatuas, pisces bonos & malos. Vide Gregorium in homilia.

Secunda propositio.

Ecclesia non errat, non modo quia

semper habet sponsum Christum, sed etiam quia regitur magisterio spiritus sancti ipsam nunquam deserentis.

Ego rogabo patrem meum, & alius paracletum dabit vobis. Ioan. 14

Pater sancte, serua eos in noie tuo, quos dedisti mihi. Non autem pro his tantũ.s.apostolis, rogo: sed & p eis qui crediturí sunt per verba eorũ in me. Ioan. 17.

Ecclesia Dei viui columna & firmamentum veritatis, qũo ergo erraret? 1. Tim. 3.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritaté. Hic oportet post euangelium, Lutheranus ostẽdat nobis magisterium spiritus sancti: hoc promissum in ecclesia. Ioan. 16.

Et nõ necesse habetis, vt aliquis nos doceat, sed sicut vnctio eius docet nos de omnibus, & verũ est, & non est mẽdaciũ. Itaq; vnctio sancti spiritus semper docet ecclesiam. 1. Ioan. 2

Et ecce ego vobiscu; oibus diebus sum vsq; ad consummationé seculi, di Mat. 28.

xit Christus discipulis, qui est via, veritas, & vita. Liquet ecclesiam colūnā veritatis, Christo ductore, & spiritu sancto magistro, nō errare: quāto minus credibile, qđ mille annis, vniuersa ecclesia errarit, vt insaniunt Lutherani.

Tertia propositio.

Sicut ecclesia est vna, ita vnitas est in ecclesia.

1.Cor.1. Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autē perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Lutherani noua schismata faciūt, & tam sibi q̃ alijs repugnant: vt iam dissectus est Carolostadius, & Egranus, & Luther, & Zuinglius, & catabaptistæ. Non.n. dissensionis est Deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesijs sanctorū doceo. 1.Cor.14

Corollar. Potius itaq; veram intelligentiam scripturæ credendum est Deum inspirare concordi vnitati ecclesiæ, q̃ vni priuato hoī Luthero vel Zuinglio aut Osiandro: imo seqtur, q̄ id qđ sancta

mater

mater ecclesia definit vel acceptat, nō sit minori firmitate credēdum ac veneratione tenendum, quam si in diuinis literis esset expressum.

Quæcunq; scripta sunt, ad nostraȝ doctrinam scripta sunt, vt per patientiā & consolationem scripturarum spē habeamus: Deus autem solatij & patientiæ det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christū, vt vnanimes vno hore honorificetis Deum. Rom. 15.

In oratione ad Deum Omnipotens sempiterne Deus, cuius spiritu totum corpus ecclesiæ sanctificatur & regitur.

Paulus post rationem corporis mystici subdit Idipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Rom. 12.

Si qua consolatio in Christo, si qua societas in Christo, implete gaudium meū vt idipsum sentiētes, eandē charitatē hn̄tes, vnanimes idipsuȝ sentiētes. Philip. 2.

Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt, fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ Hiere. 2.

continere non valent aquas: sic Lutherani relinquentes verum, & viuu3 fontem ecclesiæ, fodiunt cisternas dissipatas hæreticorum, Vuikleff, Huss, Albigenium &c. Frustra Deus misit filium frustra spiritum sanctum, frustra Apostolos, martyres, doctores, confessores: si per Lutherum solũ lux veritatis aperienda erat, cur deus non vnum misit Lutherum pro omnibus?

Quarta propositio.

Ecclesia repræsentatiua. Prælatos & potiores cõgregatos esse ecclesiam, repræsentatiue patet.

3.Reg.8. Conuertitq; rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel, omnis.n. ecclesia Israel stabat &c. ecce ecclesia Israel & quod solum fuerit repræsentatiua, liquet per initium huius capitis: Tunc congregati sunt omnes maiores natu Israel, cum principibus tribuu3 & duces familiarum filiorum Israel, ad regem Salomonem &c.

Obijciunt hæretici.

1 Maior est authoritas scripturæ, q̃ ecclesiæ. Nam ecclesia debet regi secun-

dum scripturam. Verbũ enim Domini nemini cedit.

2 Nó licet ecclesiæ aut vlli homini venire contra scripturam.

3 Illud non dicitur determinasse ecclesia, quod Papa cũ Cardinalibus & Episcopis determinat, quia ecclesia est congregatio omnium fidelium & connexio in vera fide, ex qua viuit iustus.

4 Ecclesia Dei solum est in spiritu, quæ creditur & ita occulta.

5 Luther dicit se esse de ecclesia, & credit apud se ecclesiam, vbi ipse sit ecclesiastes. Sic Zuinglius, Caro lostadius, Billicanus, Soblerus, Hiebmair, Pacimontanus &c.

Diluuntur obiecta.

Christus non scripsit aliquem librũ, nec præcepit discipulis vel Apostolis ad scribendum: at de ecclesia multa p̃cepit. Vnde missurus apostolos ad plãtandam ecclesiam, non dixit: Euntes scribite, sed euntes in mundum vniuersum, prędicate Euangelium omni creaturæ. Ideo lex fuit scripta in tabulis lapi- Deprimit

pideis, Euangelium in cordibus. Quo
niam Epistola estis Christi ministra
2. Cor. 3. ta a nobis & scripta nõ atramento, sed
spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis
sed in tabulis cordis carnalibus. Cõcor
dat Hier. 31. Ecce dies venient dicit do
minus, & feriã domui Israel & domui
Iuda fœdus nouum, non secũdum pa
ctum quod pepigi cũ patribus vestris
&c. sed hoc erit pactum quod feriam
cum domo Israel. Post dies illos, dicit
dominus, dabo legem meam in visce
ribus eorum, & in corde eorum scribaꝫ
eam, & ero eis in Deum, & ipsi erũt mi
hi in populum.

2 Ecclesia est antiquior scriptura: quã
do enim apostoli incœperunt prædica
re, nulla erat scriptura Euangelii, nulla
Epistola Pauli, & tamen erat Ecclesia
Christi sanguine dedicata.

Sic Apostoli sine scriptura noui te-
Act. 1. 5. 6 stamenti elegerunt Matthiam, ordina-
runt septem diaconos, Petrus fecit ex-
pirare Ananiam & Saphiram. Cum
Apostoli tam diligentes fuerunt in ver

bo Dei seminando, & tamen paucissi-
ma reperiuntur ab eis scripta, cōsecta-
rium est multo plura eos docuisse quā
scripsisse, quæ parem cum scriptis ha-
bent authoritatem.
3 Scriptura non est autentica sine au- Achilles catholicus
thoritate ecclesiæ, scriptores enim cano-
nici sunt membra ecclesiæ. Vnde hære-
tico volenti contendere contra eccle-
siæ instituta & consuetudines, obijcia-
tur quibus armis velit contendere con-
tra ecclesiā. Dicturus est canonicis scri-
pturis. 4. Euangeliorum; ac Paulinis
Epistolis. Huic mox obijciat, vnde sci-
at, has scripturas esse canonicas, nisi ex
ecclesia? Quare enim credit Euange-
lium Marci, qui Christum non vidit,
esse canonicum, & non Euāgelium Ni-
codemi, qui vidit & audiuit Christum,
vt testatur Ioannes? Sic cur Euangeliū Ioan. 3.
Lucæ discipuli est receptum, & Euan- vide et
gelium Bartholomæi Apostoli reiectū, gem Aug
nisi humiliter cōfitearis ecclesiæ autho- 8 lib.
ritatem cum Beato Augustino, id quod
Luther aliquando docuit, ecclesiā pos

se iudicare de scripturis.

* Vnde Theophylactus Bulgariæ Archiepiscopus exordium Euangelij Matthæi, ita scribit quatuor sunt Euangelistæ, quorum duo Matthæus & Ioannes ex nnmero & choro sunt duodecim: Marchus vero & Lucas ex septuaginta. Erat autem Marcus discipulus & comes Petri, Lucas vero Pauli. Igitur Matthæus omniū primus scripsit Euangelium Hebraico idiomate ad eos qui ex Hebræis crediderãt, post octo annos assumpti in cœlos Christi. Porro Ioãnes hoc ex Hebraica lingua in Græcam (vt ferũt) interpretatus est. At Marcus post decem annos assumpti Christi ex ore Petri edoctus scripsit, Lucas autem post annos quindecim. Deniq; Ioannes post triginta duos annos. Referunt enim, ꝙ post mortem illorum, superstiti allata fuerint tria Euãgelia, vt videret ea, atq; indicaret, num illa vere cõscripta fuissent. Ioannes autem, & ipse ampliorẽ veritatis gratiam sortitus, adimpleuit quæcunq; ab alijs

prætermissa fuerant, & quæ succinctiꝰ
us alij dixerant, ipse fusius in Euange-
lio tradidit. Hæc ille.

Beda autem in Homilia super illud
Ioan. Hic est discipulus ille &c. putat
Ioannē scripsisse post sexagintaquin
q; annos assumpti in cœlum Christi.

Ita igitur patet ecclesiam antiquio-
rem scriptura neq; scripturam autenti-
cam esse, nisi ecclesiæ auctoritate. Vn Aug. pa
de August. in Epistola fundamenti: E- te. 4. ca. 8
uangelio non crederē, nisi authoritas
ecclesiæ me commoueret. Plura infe-
rius de scriptura, titulo. 4.

1 Scriptura docet: Memento vt diem Deu. 5.
sabbati sanctifices, sex diebus operabe- citur.
ris, & facies omnia opera tua: septimo
autem die sabbatum domini Dei tui Exo. 20
est, &c. & tamen ecclesia mutauit sab-
batum in dominicum authoritate sua,
super quo nullam habes scripturam.

2 Christus dixit discipulis in monte: Matt. 5
Non veni soluere legem, sed adimple-
re, & tamen ecclesia Apostolorum in Act. 15
primo concilio pronūciauit audacter

super cessatione legalium.

3 Matthæi vltimo dixit Christus discipulis: Euntes ergo docete omnes gentes in nomine patris, & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui vobis. Hic Christus dedit formam baptizandi in nomine trinitatis explicite, & tamen ecclesia primitiua mutauit hanc formam Baptizandi in nomine Christi Iesu. Pœnitentiam

Act.2. agite, inquit Petrus, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum. Et Actu.8. dicitur quod Samaritani baptizati sunt a Philippo in nomine Iesu. Et Act.19. His auditis baptizati sunt

Act.15. in nomine domini Iesu. s. a Paulo.

4 Scriptura definit in cōcilio. Visum est spiritui sancto & nobis &c. vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, rem tam clare definitam & expressam, ecclesia sua authoritate mutauit, qa & sanguine & suffocato vtitur. Ecce potestas ecclesiæ super scriptura. Vide infra de quō

Vide concilium de autoritate ecclesiæ

stitutionibus humanis, titulo. 13.

¶ Porro si plus viuere vis secundum scripturas quam secundum authoritatem ecclesiæ, iam omnes Iudæi uenientes ad baptisma, ad legem Mosi tenerétur, quia sic reperirent in scripturis Apostolos & alios conuersos vixisse. Paulo a gẽtibus reuertenti, dixerunt Iacobus & seniores: Vide frater quot sunt i Iudæis qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te, quia discessionem doceas a Mose eorum, qui per gentes sunt Iudæorum dicens non debere eos circuncidere filios suos, neq; secundum consuetudinẽ ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet conuenire multitudinẽ, audient enim te superuenisse, hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor, votum habentes sup se, his assumptis sanctifica te cum illis: impende in illis vt radát capita, & scient omnes quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem. De his autem qui crediderunt ex gentibus, nos Act. 21

scripsimus iudicantes, vt abstineant se ab idolis, immolato, & sanguine, suffocato, & fornicatione. Hic Paulus cum multis milibus seruauit legem, iussu S. Iacobi. Vis igitur Luthere conuersum ex Iudæis hodie, magis viuere secundum scripturas illas, an secundum ecclesiæ authoritatem?

Scito hic catholice lector, sacraꝫ scri-
2. Cor. 3. pturam atq; in ea tradita non oportere
Ioan. 16. semper accipere ad nudã literam quæ occidit: quin potius ad intentionem verumq; intellectum, quem auctor suus & ecclesiæ magister viuificans, spiritus sanctus docuit, & docet, semperq; docturus ẽ. Neq; hoc est (vt hæretici obijciunt) agere aut venire contra; sed verissime secundum scripturam, vbi ecõuersa ad nudam literam accepta directe ageretur cõtra ipsam: nimirum q̃a contra suam suiq; authoris spiritussancti intentionem, quod quã facillimuꝫ fuerit demonstrare ex infinitis ferme sacræ scripturæ locis. E quibus hic vnicus ad propositum sufficiat. Ait saluator :

Si manus, pes aut oculus tui ſcandali- Matt. 18.
zant te, erue eos & proijce abs te. Hoc
quippe ad literam (id quod immane
crimē eſſet) haudquaquam, ſed ad ſal
uatoris mētem ſeruari oportere nemo
eſt qui dubitat. Vnde Chryſoſtomus:
Non hoc de membris corporalibus di
cit, ſed de amicis quos in ordine neceſ
ſariorum membrorum habemus. Ni-
hil enim eſt ita nociuum vt cōuerſatio
mala. Nociuam ergo propinquorum
conuerſationem declinare, vocat mē-
brorum abſciſionem & abiectionem. C. de leg.
Sequitur igitur, quod ſicut in ciuilib⁹ & conſi. l.
non dicitur quis tranſgreſſus; ſed vere Nō dubiū
ſeruaſſe legem: qui eam licet non ad ff. de legi.
verba, tamen ad eius ſuiq; legiſlatoris l. Contra
intentionem ſeruauit in eo caſu vbi ad legem de
verba ſeruata, ipſi ſuiq; legiſlatoris cō- reg. iuris
trauenire tur intentioni. Ita quoq; in ꝓ lib. 6.
poſito non dicetur egiſſe contra, ſed ve
riſſime ſecundum ſcripturam: qui eam
licet non ad verba, tamen ad intentio-
nem ſui auctoris ſpiritus ſancti ſerua-
uit. Id quod in ſupra adductis conſtat

Apostolos liquido fecisse. Hinc Hiero-
nymus in Epistola ad Galatas: Mar-
chion & Basilides, & cæteræ hæretico-
rum pestes, non habent Dei Euangelium,
quia non habent spiritum sanctum, si-
ne quo humanum fit Euangelium quod
docetur. Nec putemus in verbis scriptu-
rarum esse Euangelium sed in sensu.
Non in superficie, sed in medulla. Nõ
in sermonum folijs, sed in radice sermo-
nis. Hæc ille.

1.4.2.Ca-
pi.

De tertio

Fatemur ecclesiam esse omnium fi-
delium congregationem, qui sunt de
corpore CHRISTI, ac quãdo primã-
tes & potiores alicuius prouinciæ ali-
quid statuũt, tota prouincia dicitur sta-
tuisse. Sic prælati ecclesiæ dicuntur ec-
clesia, quia repræsentant eam, & subdi-
tos suos. Alioquin nunquam congre-
gari posset ecclesia. Et Mat. 18. Quod
si te non audierit, dic ecclesiæ: quod si ec-
clesiam non audierit, sit tibi sicut ethni-
cus & publicanus. Si quis vellet dicere
ecclesiæ secundum Lutherum, oportet
perambulare totum orbem, Chrysosto-

mus exponit, Ecclesiæ, præsulibus scili cet præsidentibus, patet, quia mox Apostolis tanquam prælatis dat potesta tem ligandi.

Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinẽ & sanguinem, caussam & caussam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit dominus deus tuus, veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresq; ab eis: qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunq; dixerint, qui præsunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisq; sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neq; ad sinistram. Qui autẽ superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino *Deo* tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille: & auferes malũ de Israel cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Deut. 17.

Vide potestatem sacerdotis legalis, quanta putas potestas sit sacerdotis euangelici, & penam expende inobedientis.

Act.15. Facta seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos statuerũt, vt ascenderent Paulus & Barnabas & quidam alij ex aliis ad apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac quæstione. Ecce quomodo impleuerunt illud Deuteronomij.17.& quæ erat ecclesia, non tota congregatio, sed ascenderunt ad apostolos & presbyteros, qui repræsentabant ecclesiam.

Mat.18. Si ecclesia ē occulta, quomodo christus præcepit dicendum ecclesiæ: & si ecclesiam non audierit &c. Si autem eēt occulta quid posset ei dici, aut quomodo audieris? Similiter ecclesia est corpus Christi, & Christiani membra. Roma.12.1.Cor.1.&.12.Ephe.1.5.Colos.1. Dicat Lutherus, an illi fuerint occulti, & solum mathematice ecclesia, quando dixit Paulus: Vos autē estis corpus Christi, & membra de membro. Hæreticorum est habere scriptas spelũ

cas & latebras, ecclesia ponit lucernā super candelabrum. Monstratur tibi ecclesia in concilijs, in sede Apost. in Episcopis & præpositis singularum ecclesiarum. Nam si solum mathematica esset ecclesia, frater Pauli nō haberet laudem per omnes ecclesias. Non diceret David: Apud te laus mea in ecclesia plebis, & in Cathedra seniorum laudēt eum. Pro hoc vide Augusti. super canonica Ioan. tractatu. I. in fine. Luc. 16. 2. Cor. 8. Psal. 10

Quod dicit Luther, dixerūt omnes hæretici. Ideo Augusti. inuehitur contra Donatistas, qui vniuersalē ecclesiā coartare volebant ad angulū paucorū hæreticorū. Plura vide apud Ioannem Cocleū de authoritate ecclesiæ, & Ruffensem. Inter veteres vide Ioānem turre crematam, latissime pro ecclesia scribentem. De. v.

DE CONCILIIS

Et eorundem authoritate. Cap. II. continens duas propositiones: quibus probatur conciliorum authoritas.

Propositio prima.

Quia ecclesiæ authoritas plurimum pollet in conciliis, iusto ordine iam de concilijs acturi sumus.

CElebrationis conciliorum in Ecclesia exempla inueniuntur tam a patribus veteris testamenti, quam ab Apostolis in nouo testamento.

Num.16. In veteri colligitur exemplum, vbi dicitur, Viri proceres synagogæ, tempore concilij per nomina vocabantur.

1.Par.26 Obededom & filij eius erant deputati ad Austrum, in qua parte domus erat, seniorum concilium. In nouo vero testamento ex Apostolorũ actis plura leguntur celebrata concilia. Pri-

Act.1. mum dico, post ascensionem Domini super electione Matthiæ: vbi Petrus exurgens in medio fratrum dixit: Viri fratres, Oportet impleri scripturam, quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum.

Act.6. Secundum concilium celebratum est super institutione diaconorum ad

dispensationis

dispensationis quotidianæ ministeriū. Conuocantes igitur Apostoli multitudinem discipulorum, dixerunt: Nō est æquum nos derelinquere verbuʒ Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo ex vobis boni testimonij septem plenos spiritu sancto & sapientia, quos cō stituamus super hoc opus.

Tertium seruatum est super quęstione de obseruatione legalium de quo dicitur.

SVrrexerunt quidam de hæresi pharisęorum, qui crediderunt dicentes: Quia oportet circuncidi eos, præcipere quoq; seruare legem mosi. Conueneruntq; Apostoli, & seniores videre de verbo hoc, & infra ponitur decisio. Visuʒ est spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quā hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulachroruʒ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: a quibus custodientes vos bene agetis. Ecce concilij Apostolici formam. Apostoli & seniores conuenerunt. Gentes non se oppo Act. 15. Apposti[illegible]

fuerunt Apostolis, sicut modo Luther conciliis. Qua authoritate, qua scriptura id facitis? Quur adimitis nobis libertatem a CHRISTO datam? nam etsi in deliberãdo citauerint scripturam ex Amos nono, tamen quo ad probationem illorum trium, nihil induxerunt: similiter in decisione nullam adduxerunt scripturam.

Antiochia quoque recepit conclusa Hierosolymis Luther respuit conclusa Romæ. Patet concilium habuisse potestatem statuendi aliqua esse necessaria pro illo tempore, quæ tamen ad fidem simpliciter non essent necessaria, cur non eadem potestas esset nunc in ecclesia, quando necessitas sæpe exigit? Idem Christus, idem Spiritus, eadem fides, cur non æqua conciliorum potestas.

Quartum concilium fuit habitum ab Apostolis Hierosolymis super abolenda suspitione quorundam Iudæorum, qui Paulum legales ceremonias quasi idolatriam putabant.

Quintum fuit congregatũ ſub Paulo in Mileto,ſuper regimine eccleſiæ: vbi Paulus mittens Epheſum, vocauit maiores natu eccleſiæ.Qui cum veniſſent ad eum & ſimul eſſent, dixit eis: Vos ſcitis,& infra. Attendite vobis & vniuerſo gregi. Item aliam apoſtoli celebrarunt ſinodum. Ab inuicem enim diſceſſuri prædicaturiq; euangelium p vniuerſum orbem iuxta Domini præceptum,conuenientes in vnum; ſinguliq; ſuas proferentes ſententias, ſymbolum fidei tradiderunt, vt ex maiorum traditione habetur: quod vniuerſalis tenet eccleſia. Sic enim beatus Clemens diſcipulus & ſucceſſor Apoſtoloruꝫ in ſuis decretis teſtatur. Item Leo Papa primus Augu.ſcribens,dicit: Catholici ſymboli breuis & perfecta cõfeſſio. 12. Apoſtolorum,totidem ſignata eſt ſententiis. Item Ambro.clauem regni cœlorum deputans eſſe fidem Apoſtolorum, Clauem, inquit,iſtam arbitror. 12. artificum operatione conflatam. Duodecim enim apoſtolorum ſymbolo fi- act. 20

des sancta concepta est, qui veluti periti artifices in vnum conuenientes, clauem suo concilio conflarunt. Clauem enim quandam ipsorum symbolum dixerunt per quod reserātur diaboli tenebræ, vt lux Christi adueniat.

Prou. 22. Ne trāsgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui.

Matt. 18. Iteruȝ dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quancūq; petierint, fiet illis a patre meo q in cœlis est: vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Nullus potest conuinci euidentius non audisse ecclesiam, quam si concilium non audierit. Nusquam maior consensus quam in in concilio. Nullibi congregatur plus nomine domini, quam in concilijs generalibus.

Iob. 8. Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam: hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniam vmbra dies nostri super terram: ipsi docebunt te & loquentur

tibi, & de corde suo proferent eloquia? In antiquis est sapientia, & in multo tẽpore prudentia. Ergo concilia audiamus & patres, non hæreticos nuper natos & apostatas. Tollatur conciliorum authoritas, & omnia in ecclesia erunt ambigua, dubia, pẽdentia, incerta, nã omnes mox redibunt hæreses conciliorum authoritate damnatæ. Quod si scripturis contra eos pugnabis, iam seclusa authoritate ecclesiæ reijcient scripturam quam volent: sicut modo Luther reijcit Epistolam sancti Iacobi, q̃a aduersatur sibi, similiter Machabæos &c. Et olim hæretici non acceptarunt quatuor illa Euãgelia, sicut Manichæi reiecerunt vetus testamentum. Res miseranda profecto, si illud hæreticorum esset verum: tunc enim occurrente aliquo dubio in fide, non esset via decidẽdi illud: sed quilibet iuxta prudentiam capitis sui declinaret in illam vel aliam partem, quomodo ergo Christus sufficienter prouidisset ecclesiæ suæ per legem euangelicam; quæ tamen debet Nota

esse perfectissima?

Psal.77. Quanta mandauit patribus nostris nota ea facere filijs suis, vt cognoscat generatio altera: ergo nos credamus mandata, concilijs & patribus.

Aug. dis. 11. cap. Augustinus ad Ianua. Illa quæ nõ scripta sed tradita custodimus, quę quidem toto orbe terrarum obseruantur, datur itelligi, vel ab ipsis apostolis vel plenarijs concilijs (quorum est in ecclesia saluberrima authoritas) commendata atq; statuta retineri: vnde hæc, qa ita sint facienda, disputare, insolentissime insani est. Lutherani ergo insolentes sunt & insani.

Augustinus lib. 7. contra Donatistas, assumit sanctam ecclesiam catholicam, contra Donatistas authoritate plenarij concilij munitam. Et lib. 1. capi. 18. plenarium concilium existimat consensionem totius ecclesiæ.

Dist. 15. Gregorius in regis. Sicut sancti euãgelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor. Nicenum scilicet Constantinopolitanũ,

Ephesinum,& Calcedonense.
Propositio secunda
Maiores ecclesiæ (sicut sunt in concilio) repræsentant totam ecclesiaз, patet primo in Exodo sæpissime,& sume exempli caussa. Exo.19. quando deus voluit dare legem Mosi, præcepit ei: Hæc dices domui Iacob & annunciabis filiis Israel &c. Et tamen potestate de Mose dicitur. Venit Moses,& conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones, &c. Et licet soluз seniores populi responderunt, cum quibus loquebatur Moses: tamen subdit textus: Responditq; omnis populus simul &c. quod non erat omnis popul⁹, nisi repræsentatiue. ecclesia repræsentatiua.
Interroga patrem tuum, & annūciabit tibi maiores tuos,& dicent tibi: Stultus populus iam,& superbi ciues qui runt Lutheruз, Zuinglium, Blarer. Osiandrum, Bucerum. Deut. 32
Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium,& in prouerbiis eorum conuersare: ab ipsis eniз disces sa Eccle. 8

pientiam & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt a patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectum & doctrinam.

Obiiciunt hæretici.

Psa,115. 1 In concilio sunt homines, quare fallunt sæpe & falluntur, cum omnis homo sit mendax.

2. Deprensum est concilium Carthaginense sub sancto viro Cypriano cum octoginta Episcopis de rebaptizandis hæreticis errasse.

3 Sicut concilium Ariminense plenarium D.C. Episcoporum errauit cum Arrio. Et Ephesinum secundum cum Euticete & Dioscoro. Et Constantinopolitanum, sub Constantino imperatore, de tollendis imaginibus.

4 Et concilia etiam generalia vnanimiter suscepta varia determinarunt, et in his, quæ credenda proponuntur, vt Concilium Constantinense de primatu Papæ, contra concilium Nicenum & Aphricanum.


Obiiciunt laici, a Lutheranis male persuasi.

Cum laici sint de ecclesia, & non minus agatur de salute animarum illorũ q̃ cleri. Itaq; conueniat eos interesse.

Diluuntur obiecta.

1 Fatemur eos qui in concilio conueniunt esse homines, at in concilio generali legitimo reguntur ductore spiritu sancto, qui eos falli non sinit. Nam & Paulus, & Ioannes, & Esaias & Dauid fuerunt homines, adhuc Paulus ad Galatas, inquit: *Si Angelus de coelo aliud euangelizauerit, anathema sit.* Scriptores itaq; canonici infallibiliter scripserunt, qui fuerunt homines: sic patres in conciliis. Gala. 1.

2 Concilium aliud Carthaginense nõ fuit plenarium sed particulare, vt ostendit Augustinus contra Donatistas, Particularia autem concilia poterunt errare, & reformantur per generalia. Augusti. lib. 2. contra Donatistas. Et ipsa concilia quæ per singulas regiones & prouincias fiunt, plenariorum conciliorũ



authoritati quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere, cum experimento rerum aperit.
3 Ariminense conciliabulum fuit, nō concilium, neq; legitime congregatū. Inuito enim Liberio, coactum fuit hæreticorum opera contra concilium Nicenum, Thauro profecto pro Arrianis iussu imperatoris, precibus & minis instante. Et simplices episcopi occidentales fuerunt seducti fucis hæreticorum: quos postea intelligentes, retractarunt conclusa Arimini. Sic & Ephesinum conciliabulum in quo hæreticus præsedit Dioscoros, nō fuit legitime congregatum, nolētibus legatis Papæ iniquū locum accedere: & damnatum fuit per Calcedonense concilium. Sic impius imperator Constantinus, repugnante pontifice, conciliabulum Cōstantinianum collegit: quod postea Niceno cōcilio secundo sub Hyrene imperatrice damnatum est. Vnde & Carolostadius, Zuinglius Heibman, Blarer, in hoc Luthero repugnantes, damnati sunt.

De imaginibus.

Aduerte hic, q generalia concilia in spiritu sancto congregata aberrasse a via veritatis nunquam deprehenduntur, potissimum in his definiendis quę ad orthodoxam fidem, rectosq; mores attinent. Cæterum concilia hæreticorum iussu atq; assensu conuocata, semper a fide recta aberrarunt: quale fuit istud Ariminense: De quo diffuse refert historia Ecclesiastica lib. x. capi. xxi. Tale etiam fuit concilium Mediolanen. iussu Constantii Imperatoris Arriani celebratum, ad Athanasii fidei propugnatoris acerrimi condemnationem p curandam. In quo episcopi Catholici Dionysius, Eusebius, Paulinus, Hilarius & alii nonnulli, quia noluerunt subscribere dānationi Athanasii, in exiliū sunt pulsi, vt refert Historia Ecclesiastica lib. x. capi. xx. Eiusmodi quoq; fuit concilium Antiochenum sub Constātino imperatore Arriano in consessu. 90. Episcoporum celebratum, vbi Athanasius sede Episcopali, quam in Alexandria tenuit, eiectus est exilioq; dā

natus, vt deinde facilius Niceni concilij robur & authoritas sustolleretur, prævaleretq; mendacium veritati sicut historia tripartita lib.4.cap.9.latius commemorat. Simile quoq; fuit concilium postea apud Seleutiam Isauriæ coadunatum.c.&.60.Episcoporum contra Nicenam sinodum, videlicet in historia tripartita lib.5.cap.34.

Ar. quar. Concilia plenaria, quæ mores & regimen concernunt ecclesiasticum, pro qualitate & conditione temporum personarum &c.absq; fidei præiudicio varie determinarunt. Vnde Innocentius tertio de consanguinitate & affinitate cap.Non debet, ita dicit, Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoq; varientur humana præsertim cum vrgés necessitas & euidens vtilitas id exposcit. Quoniam ipse deus ex his quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo, Hæc ille. At concilia generalia legitima in credendis se nõ destruxerunt. Sic intelligatur Augusti.

Priora concilia plenaria posterioribus emendari. Concilium autem Aphricanum & Nicenum non aduersari Constantiensi. Vide de Papatu infra titulũ tertium.

Laici possunt interesse concilijs vt testes, vt defensores, vt conciliarij, vt suggestores, vt exequutores, tamen a Christo nato, nunquam habuerunt vocem diffinitiuam in concilio. Actuum. xv. statuerunt vt ascenderẽt Paulus & Barnabas, & qdá alij ex aliis ad apostolos & presbyteros in Hierusalez super hac qui & sequuntur. Ecce ad clerum ascẽderunt non ad Laicos; & nulla fit laicorum mentio in eodem concilio. Deut. 17.

In concilio octauo, actione quarta principes iussi interrogare, dixerũt: Vt obsecundantes verbo vestro, ex præce ptione vestra interrogabimus eos, non per potestatem nostram, potestas eniz hæc vestra est.

Basilius imperator de Laicis, inquit. Quanq̃; non sit datum istis secunduz canonem, dicendi quicquam penitus

de ecclesiasticis caussis, opus enim hoc pontificum est & sacerdotum.

Sedulius. Zozomenes refert. Dum Valentinianus per Thraciam ad Romam properaret. Tunc episcopi Hellesponti Bithiniæ legatum miserunt Hipatianũ Heracliæ præsulem quatenus dignaretur ad emendationeʒ dogmatis interesse. Respondit mihi quidem, cum minimus de populo sim, phas non est talia perscrutari. Verum sacerdotes quibus hæc cura est, apud semetipsos congregentur vbicunq; voluerint.

Ambrosius ad Valentinianum cõtra Auxentium, *Si scripturarum serieʒ diuitiarum, vel veterum tempora retractemus quis est qui abnuat in caussa fidei Episcopos solere de Christianis Imperatoribus, nõ imperatores de Episcopis iudicare?*

Martian. dist. 96. cap. Martianus imperator in Calcidonen. concilio ad synodum dixit. Nos ad conseruandam fidem, non ad potentiam ostendendam, exemplo gloriosissimi principis Constantini, syno-

do interesse volumus, & inuenta veritate, non vltra multitudo prauis doctrinis attracta, discordet. Et iterum. Sunt quædam certa capitula quæ bonorũ respectu, vestræ reseruamus sanctitati, congruum rati regulariter a vobis ista, synodali disponi consilio potius quã nostris legibus statui.

Basilius Impe. in fine ꝯcilii octaui. De vobis autem Laicis, tam qui in dignitatibus, quam qui absolute conuersamini, quid amplius dicam nõ habeo, quam ꝙ nullo modo nobis licet de ecclesiasticis caussis sermonem mouere, neq; penitus resistere integritati ecclesiæ, & vniuersali synodo aduersari. Hęc enim inuestigare & quærere patriarcharum, pontificum, & sacerdotum est, q regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui soluendi & ligandi potestatem habent, qui ecclesiasticas & cœlestes adepti sunt claues. Non nostrũ qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel a ligamento solui egemus. Quantæcunq; enim religionis & sapiē

tiæ laicus existat, vel etiam si vniuersa virtute interius polleat donec laicus ē, ouis vocari non desinet &c. Quę ergo vobis ratio est in ordine ouium consti tutis Pastores verborum subtilitatem discutiendi, & ea quæ super nos sunt quærendi, & ambiendi habent. Opor-
Matt. 23. tet nos ergo cum timore & fide syncera hos audire, & facies eorum vereri, cū sint ministri Dei omnipotentis, & hui⁹ formam possideant, & nihil amplius q̃ ea quæ nostri ordinis sunt requirere. Hinc populus remittebatur a Christo ad faciendum non ea, quæ principes, reges, tetrarche, aut nobiles dicerēt, sed quæ scribæ & pharisæi sedentes super cathedram Mosi, dixerunt vobis, serua te & facite. Hæretici autem cum plausum quærunt popularez, euenit quod Hieremias prædixit. Prophetæ prophe
Hiere. 5. tabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus, & populus me⁹ dilexit talia, quid igitur fiet in nouissimo eis? Summa itaq; est sacræ scripturæ, Ecclesiæ & conciliorum concordia.

DE PRIMATV

Sedis Apostolicæ & Petri. Ca.3.

Quia summa authoritas iterius sit apud ecclesiam, quam contemplamur in concilijs & in Sede Apostolica. Conuenit vt Romani Pōtificis & Petri primatum firmemus breuibus.

POst confessionem Petri, Iesus dicit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & porte inferi non præualebūt aduersus eā: & tibi dabo claues regnī cœlorum, & quodcūq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutū & in cœlis. Patet quomodo signare voluit personam Petri, quia posuit nomē antiquum Simon. Nomē nouum Petrus, nomen patris Bariona, & demonstrat proprie, Tu es: & super hanc petrā exponit Hieronymus, id est, super te, & Matt. 16

tibi dabo claues &c.

Et per illa verba promissum Petro pmatum testantur sancti patres, & super Petro edificandam ecclesiam.

Cyprianus lib.4. Epistolaru ad Pupianum, & lib.1. ad Cornelium.

Origenes homilia.6. super Matthęum. Hierony. lib.1. contra Pelagianos, & super Matth.16.

Ambrosius sermone.47.

Augustinus cõtra epistolá Donati.

Chrysostomus super Matthæum.

Hilarius super Matthæum.

Leo in sermone tertio, de anniuersario die suæ assumptionis.

Gregorius in Moralibus, & in registro ad Mauricium Augustum.

Cyrillus lib. ii. cap. xij. super Ioannem. Concilium Calcedoniense octauum Nicolai Papæ. Vide nostro libro I. de primatu Petri. Potestatem quam promisit Christus Petro, dedit post resurrectionem. Dixit Simoni Petro Iesus; Simon Ioánis diligis me plus iis? Dicit ei: Etiã domine, tu scis quia amo

te,Dicit ei:Pasce agnos meos. Qđ & tertio repetijt:Pasce oues meas. Ioan. 21.

Hic soli Petro in præsentia alioruз apostolorum commisit oues vt principi apostolorum:nam pascere in sacris literis significat regere,& pastores dicũtur reges. Ezechielis. 34. Esaiæ. 44.& 56. Hiere.2.&.22.Psalmo.22.

Datum primatuз Petro per illa verba,testatur Cyprianus de simplicitate prælatorum.Hieronymus in sermone de Petro ad,Eustochiuз.Ambrosius in sermone de pœnitentia & de fide Petri.Chrysostomus super Ioannem homilia.80.de pœnitentia. Augustinus in quæstio.noui & Veteris Testamenti quæsti.75. Leo in sermone de Ascensione dñi.Gregorius in homilia Marc. 16.& epistola ad Cirian. Bernardus sermo.3.de.7.panibus.Beda in homi.

Primatus Petri probatur ex multis alijs scripturis Lucæ.22.Simon,ecce Satanas expetiuit vos,vt cribraret sicut triticum,ego autem rogaui pro te,vt nõ deficiat fides tua:tu aliquando cõuer

stis, confirma fratres tuos. Vide pro Pe tro rogat præ cæteris. Et duo petit: Indefectabilitatem fidei, & potestatē cō firmādi fideles. Sic, Augustinus, Chrysostomus, Leo, Cyrillus & Beda capiunt. Matthæi. 17. dixit Christus Petro: Vade ad mare, & mitte hamum, & eū piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illū sumens, da eis pro me & te Patet Christum, pluribus discipulis præsentibus, solum Petrum sibi æquasse in solutione tributi. Ita intelligit Hierony. Aug. Chrysosto. Origenes, Ambrosius.

Matt. x. Mar. iii. Lucæ. vi. vbi describitur Apostolorū constitutio, ab omnibus Petr⁹ vt caput nominatur primo, quod pro eius primatu expendit Hieronymus, Chrysostomus. Ioā. 21. solus Petrus super aqua maris ad Christum peruenit, Signum singularis pontificij ait Bernardus de consideratiōe ad Eugenium, Luce. 5. Et si discipulis aliis imperatur vt laxent retia, soli tamen Petro dicitur: Duc in altum, ponderat sci

licet Ambro.

De sanctis patribus iam audiuim⁹, omnes Petro tribuere primatum a domino: primo promissum, dein post resurrectionem exhibitum super tota ecclesia. Addatur tamen prioribus.

Dionysius cap. 3. de diuinis noībus.

Athanasius in Epistolis ad Marcu3 Liberium & Felicem, in quibus abunde probat primatum Papæ.

Eusebius Cæsariensis lib. 2. cap. 14. Ecclesiasticæ historiæ. Augu. tract. 56. super Ioan. lib. 2. cōtra Donatistas &c.

Lactantius lib. 7. institu. diuinaꝝ.

Paulinus de. 8. Felice, Anselmus ad Vrbanum Papā. Valentinianus, Martianus, Phoca, Iustinianus Imperatores, sub titulo de summa trinitate & fide Catholica:

Quæ omnia latissime astruximus tribus libris de primatu Petri ad Leonem decimum, & multa rara inuenies in magno opere contra Lutherum, Ioan. Fabri Archiducalis consiliarij.

Ratio suadet, quia fuit summus sa

cerdos in vete. lege, cui authoritas au-dita fuit. ex ca. 17. Deute. Et regimen monarchicum est optimum: & talis ordo est in ecclesia triumphante: & sicut pulchre inducit Nazianzenus, Moses in dubijs prouidit synagogæ. Deut. 17. cur Christus non prouidisset suæ sponsæ ecclesiæ?

Gregorius lib. 2. moralium: Omnes homines natura æquales genuit, sed ratione meritorum, ordine alios alijs occulta dispensatione postposuit: ipsa vero diuersitas quæ accessit ex vna, diuino dispensatur iudicio, vt quoniã omnis homo iter vitæ non graditur, alter ab altero regatur. Desiderat forte hæreticus, ecclesiam militantem non habere caput ministeriale, & fiat in ecclesia qđ scribitur. In illis diebus non erat rex in Israel, sed vnusquisq; quod sibi bonum videbatur, sic faciebat.

Iud. vlti.

Obijciunt hæretici.

¶ Petro non promisit nec dedit Christus claues ꝑ persona sua, sed quia gerebat personam ecclesiæ.

2 Si supra Petro homine est ædificata ecclesia, iam portæ inferorum præualuerunt contra eum in voce vnius ancillæ, & quotidie præualent successoribus suis peccatoribus.
3 Et cum super petra sit ecclesia ædificata, petra autem erat Christus. 1. Cor. 10. non poterit referri in Petrum, & fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est.
4 Primitiua ecclesia apostolorum nō fuisset ecclesia cū Petrus. 18. anno post Christum passum fuerit adhuc in Hierusalem, vbi erat tunc Ro. ecclesia.
5 Petrus nunquam fuit Romæ.
6 Petrus est membrum ecclesiæ.
7 Quomodo Petrus esset petra, cum Mat. 16. dixerit Christus, vade post me Satana.

Diluunt ista cōtra Petrū adducta.

Fatemur cum Augustino claues datas ecclesiæ, tamen in persona Petri .i. claues finaliter dedit Christus Petro, ad vtilitatem ecclesiæ, dedit claues nō vni, sed vnitati, Ita Petrus gessit perso- De primo

nam ecclesiæ, sicut imperator Germa-niæ. Itaq; certæ personę habent claues quia alias nullus esset illarum vsus.

De secundo. Præualuerunt portę inferi aduersus personas succedentes Petro, non tamē contra potestatem Petri. Hęc successio Petri in potestate mansit, licet personæ peccarent. Petro autem negante, non-dum ecclesia erat super eum fundata, sed tñ fundādа, qa Christus dixit: *Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*, scilicet post resurrectionem.

De tertio. Et si Christus sit petra principalis, & fundamentum primarium, tamen habet vicarios & substitutos, secundarias petras: nam cum dicto Pauli quod solus Christus sit fundamentum, stat dictum Ioānis, Apocalypsis. xxi. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim noia duodecim Apostolorum & agni.

De quarto. Errat Ludder Petrum tam tarde venisse Romam, quia fuit. 5. annis in Pōto & Asia. 7. in Antiochia postea migrauit Romam: licet. 18. anno e Roma

venerit Hierusalem ad concilium. Porro nihil ad rem facit. Erat enim Petrus summus pontifex, vbicunque erat, licet reuelante spiritu, vt Marcellus sanctus martyr ait, sedem sibi Romæ elegerit. Prius itaque tempore fuit summus episcopus Petrus quam Romanus eps.

Hoc nouum mandatū Vrbani Riegers aut alterius Lutherani, Petrū nunquam fuisse Romæ, & ante Paulum conuertisse eos, de quibus loquitur Gala. 2. testatur beatus Hieronymus super illud Roma. 1. Vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis. Ad confirmādos, inquit, eos Romanos. Petri prædicatione fidem tenentes. Confirmare se velle Paulus dicit, non quo minus accepissent a Petro: sed vt duobus apostolis testibus & doctoribus eorum corroboraretur fides: alioquin curabat, ne super fundamētum alienum ædificaret. Degnoto.

Egesippus antiqssimus q sub Aniceto venit Romam, anno dñi. 160. Is scribit lib. 3. de excidio Hierusalem, quomodo Nero quæsierit caussas occiden- Vide Ioannem Fabrum.

di Apostolos: datoq; præcepto vt cō-prehenderentur apostoli, rogabatur petrus vt sese alio conferret.

Dionysius Corinthiorum episcopus existens Romæ, Anno domini. 50. ait. Vos habentes commonitionem a Petro & Paulo, plantationem Romanæ ecclesiæ coniunxistis. Ambo etiam ad uentantes, atq; in hac vrbe simul docẽtes, etiam martyrio pariter, vno eodẽq; tempore coronati sunt. Idẽ testatur quidā scriptor Caius sub Seuerino papa.

Sanctus Ignatius discipulus Ioannis euangelistæ, ad Tharsenses scribit: Quid q̃ petrus crucifixus est, Paulus & Iacobus gladijs obtruncati sunt, Ioānes in Pathmū relegatus est? Et ad Roma. Non sicut Petrus & Paulus præcipio vobis: illi enim Apostoli Iesu christi, ego autem minimus. Ireneus Lugdunensis episcopus lib. 3. cap. 1. contra hæreticos, sic inquit: Matthæus Hebręis ipsorum lingua scripturā dedit euangelij, cū Petrus & Paulus Romæ euāgelizarent & fundarent ecclesiam.

Et ca. 3. A gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo, Romae fundatae & constitutae sunt ecclesię. Tertullianus anno dñi. 150. viuens, scripsit lib. 3. aduersus Marcionem: Romanis euãgelium petrus & paulus sanguine suo signatum reliquerunt. Et lib. de praescriptione haereticorum loquens de Roma, subdit: Vbi petrus passioni domini coadequatur.

Eusebius Caesariensis lib. 2. histo. inquit: In ipsis Claudii temporibus, clementia diuinae prouidentiae probatissimum omnium apostolorum & maximum fidei magnificẽtia, & virtutis merito, primorem principem petrumque ad vrbem Romam deducit.

Et lib. de temporibus. Eodem anno ab Herode capitur, & infra: petrus natione Galilaeus, Christianorum pontifex primus, cum primum Antiochaenam fundasset ecclesiam, Romam proficiscitur, vbi Euangeliũ praedicans. 25. annis eiusdem vrbis eps̃ perseuerat.

Gaudẽtius Brixianus vetustissimus

scriptor, inquit: Hoc enim die apud vrbem Romam ambos pro Christi nomine Neronis crudelitas interfecit.

Hieronymus de viris illustribus: Simon petrus, filius Ioannis, prouinciæ Galileę, Vico Bethsaida frater Andreę Apostoli & princeps Apostolorum, post Episcopatum Antiochensis ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum, qui de circuncisione crediderant in Pōto, Galatia, Capadocia, Asia & Bithinia, secūdo Claudij anno ad expugnādum Simonem Magum, Romam pergit, ibi. 25. annis cathedram sacerdotalem occupauit.

Dionysius Areopagita, scilicet, pauli discipulus, idem testatur ad Timotheum condiscipulum de trāsitu Aplorum.

Linus papa proximus post petrum, scripsit orientalibus pro martyrio petri in vrbe.

Ambrosius sermone. 67. inquit: Non sine caussa factum putemus, q̄ vna die, vno in loco, vnius tyranni tolerauere sententiam: vna die passi sunt

vt ad Christum pariter peruenirēt: vnō in loco, ne alteri Roma deesset &c. & infra: In vrbe Roma quę principatum & caput obtinet nationum, loquitur de Petro & Paulo.

Papias Hierosolymitanus scilicet. Ioannis euangelistæ auditor, testatur Petrum suam primam epistolam canonicam scripsisse Romæ.

* Paulus Orosius lib. 6. histo. capi. 6. Anno ab vrbe condita octingentesimo quinto, Tiberius Claudius ab Augusto quartus regnum adeptus est, mā sitq; in eo annis. 14. Exordio regni ei⁹, petrus Apostolus domini nostri Iesu Christi Romam venit, & salutarem cū ctis credentibus fidem fideli verbo docuit, potentissimisq; virtutibus approbauit, Atq; exinde Christiani Romæ esse cœperunt. Et cap. seq. Nero prim⁹ Romæ Christianos supplicijs & mortibus affecit, ac per omnes prouincias pari persequutione excruciari imperauit, ipsumq; nomē extirpare conatus, beatissimos apostolos petrum cruce, pau-

lum gladio occidit.

Testantur hoc Athanasius, Marcellus, Damasus, Leo, Bernardus, & alii innumeri.

Re.6. Petrum membrum & partem ecclesiæ dicimus, sed ꝙ propterea non possit esse caput ministeriale, seu vicarium veri capitis, negamus. Similiter aliud est agere priuatam personã, aliud publicam. Et si caput est, vtiq; membrũ.

Re.7. Non mirum petrum increpatum a Christo, ꝙ existimaret suę confessioni contrarium, Christum occidendum, quia nondum acceperat claues, nondum erat confirmatus, nondum venerat super eum plenitudo spiritus. Ideo nondũ fuit petra, sed post resurrectionem Christus fundauit super eum ecclesiam, vt expresse testatur Hierony. ibi super Matth.

Deniq; Chrysostomus & Hilarius nolunt nomen Satanę pertinere ad petrum, sed ad diabolum suggestorem huius consilii. Porro lapsus personę nõ tollit potestatem. Origenes Homi.3. in

Matth. dicit: petrus adhuc plumbeus erat, & fieri potuit, vt reuelationem haberet a patre, qua profiteretur Christuz esse filium Dei viui. Attamen lateret eum hoc magnum mysteriũ quo christus voluit pro salute generis humani crucifigi, & tertia die resurgere.

Cum enim Ludder per petram intelligit fidem, fides æque amittitur in homine vt gratia, & non plus fides vnius hominis quam alterius hominis: & ita super fide omnium fidelium est edificata ecclesia. Et si omnes fideles sunt fundamentum, quam tunc dabit ecclesiam? nisi ineptissime dicat, idem fundari super seipso.

Adhuc obiiciunt hæretici contra petrum & papam.

1 Petrus in apostolos non habuit potestatem, sed apostoli in ipsuz, quia ipsum & Ioannem miserunt in Samariam. Act. 8.

2 Nec petrus exercuit vnquaz primatum illum, sicut modo papa. non vult vllum episcopum fieri in mundo, nisi

accipiat palliũ & confirmationẽ ab eo.
3 Nouit petrus hoc prohibitũ a Christo Lucæ. 22. facta contentione, quis eorum videretur esse maior, dicit eis Iesus: Reges gentium dominatur eorũ & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: vos autem non sic, sed q maior est vestrum, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. Liquet (inquiunt hæretici) reges gentiũ, non pontifices esse qui dominantur.
4 Marci. 10. vbi filii Zebedæi ad hãc aspirarunt potestatem, receperunt responsum, scilicet vt calicẽ biberent, nec tamen certi vbi sessuri essent.
5 Sic superioritatem fugiendam docuit Lucæ. 9. & Matthæi. 18.
6 Paulus resistit petro. Galat. 2.
7 Victor papa volens excommunicare Orientales, fuit prohibitus ab Ireneo Lugdunensi.
8 Anicetus cessit policarpo episcopo Smyrneorum.
9 Orientales episcopi non obedierũt Iulio papæ.
10 Constan-

10 Constantinus quartus Imperator constituit papam esse primum.
11 Sic tot milia martyrum Orientalis ecclesie essent dānati, similiter Cyprianus, Augustinus, Nicolaus, quia nunquam fuit papa super Ecclesias Asie, Græciæ, aut Aphricæ.
12 Quando instituit Antiochenum, Constantinopolitanum, Alexandrinū aut Indicum?
13 Theophilus Alexandrinus & Epiphanius deposuerunt Chrysostomum & idem Epiphanius excommunicauit Ioannem Hierosolymitanum.
14 Concilium Nicenum testatur episcopum gerere curam suburbanarum ecclesiarum.
15 Idem statuit episcopos ordinari ab epis prouincialibus, non a papa.
16 Idem concilium Hierosolymitano tribuit primatum, non Romano. Et Hierosolyma fuit prima, quia de Sion exibit lex.
17 Cōcilio Aphricano quarto, Primæ sedis episcopus nō appelletur princeps

sacerdotu᷉,aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus,& infra vniuersalis autem nec etiam Romanus pontifex appelletur.

18 Et Pelagius & Gregorius renuerũt nomen vniuersalis episcopi.

19 Primatus papæ probatur ex Decretis & Decretalibus Romanorũ pontificum. Qui libri inter quadringentos annos nati sunt.

Hęc fusius induximus, ꝙ hic magis vociferentur hæretici contra petram, ꝙ̄ omnes impetiuere.

Diluuntur obiecta.

Ob. 1. Petrum exercuisse primatum iam diximus, at cu᷉ argutaris petrus fuit missus ab Apostolis in Samariam; quare sit minor apostolis? Est forma argumẽtandi Arrianorum, quia pater misit filium Ioan.6.&.20.& ad Gala.4.Itaq; pater est maior filio, quia mittens maior est misso, quasi non Herodes miserit tres magos, vt adorarent puerum, q maior magis non fuit, & frequens est potiores mitti ex collegio & senatu

* consilio scilicet vel amore, non au-
thoritate inferioru3. Vnde Iosue. xxij.
legitur, ꝙ cum audissent filij Israel, æ-
dificasse filios Ruben & Gad & dimi-
diũ tribus Manasse, altare in terra Cha
naan, super Iordanis tumulos cõtra fi-
lios Israel, conuenerunt omnes in Silo
vt ascenderent & dimicarent cõtra eos.
Et interim miserunt ad illos in terram
Galaad phinees filium Eleazari sacer-
dotis & decem principes cum eo singu
los de singulis trib⁹, vt eos super hoc fa
cto sacrilego reprehenderent. Ecce filij
Israel inferiores ppl̃i miserunt phinees,
qui fuit eorum dux coram domino, vt
dicitur. I. paral. 9. Patet itaq; ex diuinis
literis nihil habere consequentiæ, Hic
est missus, ergo est minor mittente aut
mittentibus.

Petrus exequutus est officium suũ. De.15
Nolumus recensere quæ Ioan. vj. Lu-
cæ. xij. Matth. xix. Lucæ. v. Matth. 4.
Matth. xvij. Matth. xviij. recensuerunt
sed quando in actu iam erat pontifex
creatus, audiamus quid fecerit: Na3 pe

mo ordinationem Matthiæ in apostolum direxit. Exurgens petrus in medio fratrum, dixit: Viri fratres, & cætera. Act. primo. Secundo, in die penthecostes omnes Apostolos defendit. Stans petrus cum vndecim, eleuauit vocem suã Acto.ij. Tertio, præsente Ioanne sanauit claudum, & coram populo defendit, Act.iii. Quarto in concilio defendit se & Ioannem, Act. iiij. Quinto in Ananiam & Saphiram sententiã mortis protulit, Act.v. quod fuit maximũ potestatis coerciuæ indicium. Sexto, Simonis maledictam nundinationẽ coercuit. Act. viij. Septimo, iussus fuit etiam gentes tanquam prælatus in suam potestatem suscipere, quando vidit linteũ in quo erant bestiæ & reptilia, &c. & facta est ad eum vox: Surge petre, occide, & manduca. Act.x. Hic iussus fuit velut caput, gentes incorporare ecclesiæ. Octauo in concilio apostolorum fuit author sententiæ cessationis legalium, vt docet Hieronymus & Act.xv. Caue itaque hæretice mentiri in sanctum

petrum, quod potestate diuinitus traditã non sit vsus.

De adiuncto falsum est, nam patriarchæ, quilibet cõfirmauit suos episcopos, & Thessalonicensis cõfirmauit suos episcopos Græciæ, tanquam vicarius papæ, vt liquet ex actis Leonis papæ. Existimat hæreticus omnes episcopos habere pallia, quod falsum est, quia regulariter archiepiscopi habent, & pauci episcopi ex priuilegio, sicut Bambergensis in Germania. De oratione pallij ex Beato Gregorio.

Constat Christũ prohibuisse ambitionem, tyrannidem: non potestatem, quia illa a Deo, & qui potestate resistit ordinationi Dei resistit, ad Roma. xiij. Voluit ergo docere humilitatem præsidentis, non auferre potestatem eius. Sicut ex eo quod ipse ministrabat, & alios maiores ministrare, docuit male, inferret quis Christum nullam habuisse potestatem. Et cum Christus dixit, qui maior est vestrum, constat quod voluit aliquem esse maiorem in potestate, licet

coniungat ei vt sit sicut maior per exhibitionem ministerij.

De.4. Similiter respondemus, nam voluit vt Hieronymus inquit, suos ad summitatem virtutum, non potentia, sed humilitate peruenire: nam existentes in

De.5. potestate, debent se intus humiliare, ac si non essent in potestate, vt paruuli fiant humilitate non sensu ac ætate.

De.6. Paulus reprehendit petruȝ, quia attinebat ad ædificationem fidei, hoc est ad officium apostolatus, in quo erant æquales, tamen regimine & potestate petrus adhuc erat prior. Nam hodie et sæpe contingit papam & alios superiores reprehendi ab inferioribus. Imo hæreticus Luther omnes reprehendit ecclesiasticos prælatos, qui nullius est superior.

De.7.&.8 Anicetus primus statuit pascha celebrari dominico die. Confirmauit p̄mo pius, deinde Victor, & obtinuerũt. Restiterũt primo Orientales, quia ex vsu sancti Ioã. 14. luna mensis celebrant. Policarpus ex Smyrna adijt Anicetuȝ

Ecce Græcus ad Romanum) qui credi dit ei, sacerdotali officio perfungi, nec Anicetus policarpo suadere poterat, inquit Eusebius in Ecclesiastica historia. Corruptor Luther ait, Anicetum cessisse policarpo. Orientales resistentes Victori excommunicare voluit, quez Ireneus monuit, non ꝙ victori esset nulla in orientales potestas. Ná sanctus martyr, cur attentasset? sed pro consyderanda concordia ecclæsiæ & pace consuluit turbationez non moueri in eccl'ia.

Mirum ꝙ hæreticus innititur facto hæreticorum, nam illi orientales expulerant Athanasium & paulum, qui cõfugientes ad Iulium papam, citatis & excõicatis hæreticis, fuerunt restituti. Hic fuit hęreticus, quia papa Iulius ante M.c. annos potestatẽ habuit in oriẽtales episcopos Asiæ & Aegypti. De.92

Falsum est Constantinuz. 4. primũ pedisse primatum Roma. pontifici, cũ antea habuerit ex euangelio confirmãtibus Imperatoribus Constantino, Valentino, Gratiano, Theodosio, Martia- De.102

nó, Basilio & alijs. Vnde non inconue nit iuri sedis apostolicæ decreta etiam principum accedere, quo temeritas re bellantium comprimatur. Errauit tamen hæreticus Constantinum. 4. quicquam in ea re statuisse, sed solum remisit confirmationem papæ electi, quam imperator ante suo mō facere solebat.

De, 12. Nullus sanctoruȝ martyrum subtraxit se ab obedientia petri vel successorum eius vbi & quando oportebat. Fallitur hæreticus ꝙ si papa sit supremus, oporteat omnes episcopos ab eo confirmari: nam sicut sacerdotes ab episcopis, ita episcopi ab archiepiscopis primatibus aut patriarchis sufficiat confirmari. Ita de Ambrosio, Augustino & Nicolao sentias. Credo in Germania factum superbia episcoporum quod excusserunt potestatem primatis Magdeburgensis. Et priora liquent ex octaua synodo, ex concilio Niceno & alijs, vide distin. 64. decreti Aphricæ episcopos fuisse sub Roma. pontifice pates ꝙ ex concilio Meleuitano scripserunt

ad Innocentium primum papam, petentes illius confirmationem. Vide in epistolis Augustini. 90. & 91, Concilia tertium & quartum Carthaginensia authoritate Zozimi papæ, & alia authoritate Bonifacij fuerunt ꝯfirmata, quoniam misit illuc Faustinum episcopū, illis interfuit Augustinus. Concilia sub Cypriano in Aphrica petierunt approbationem a Cornelio papa lib. j. epist. epistola. ij. Cypriani: & lib. ij. episto. xj. Asiæ episcopos, Aegypti & Græciȩ fuisse sub Roma. pontifice, iam patuit: q restitutus Athanasius, restitutus Chrysostomus, restitutus Flauianus, restitutus Appiarius in Aphrica, per Roma. pontifi. Vide in primatu nr̃o plurima.

Institutio episcopi, vt fiat immediate a Roma. pontifice non est necessarium, tamen illas ecclesias fuisse subiectas papæ, liquet ex eo, quod restituit electos ex his ecclesijs. Et hodie a Leone papa. x. & Hadriano. 6. episcopi Asiatici cœperunt confirmationes. De. 14

Quantum potest hæresis? nam cuȝ De. 13.

nihil solidi pro se habet, affert iniquissimam optimi episcopi eiectionem Ioãnis Chrysostomi qui per Theophilum auarissimum & pessimum Alexandrinum, adiuuãte impia Eudoxia Imperatrice, iniquiter est eiectus. Huius sancti viri iniuriam, hæreticus pro iure adducit, obticet vero, quod per Innocentium papam fuit restitutus, & negociũ per papã Alexandro Antiochæno cõmissum, & Imperator Archadius resistens papæ & Chrysostomo, fuit excõmunicatus: I nunc hęretice, & nega Episcopos Græciæ fuisse sub Ro. pontifice. De Ioãne Hierosolymitano, liquet ex B. Hieronymo, fuisse conciliuȝ euocatum antiochiæ (nam sub illo patriarcha erat tunc Episcopus Hierosolymitanus, & sub archiepiscopo Cæsariẽsi) & a synodo damnatum Ioannem, in qua plurimæ autorita. erat Epiphani⁹.

Canon Niceni concilii. 6. sic habet.

Di.14. Mos antiquus perduret in ægypto. Libia & Pentapoli, & Alexandrinus episcopus horum omnium habeat pote-

statem quandoquidē & Romano epi
scopo parilis mos est. Similiter autem
apud Antiochiam & cæteras prouin
cias honor suus vnicuiq; seruetur eccle
siæ. Liquet lectori non hic prohiberi p̄
matum Romanæ ecclesię, quod hęreti
cus torquet, sed q̄a tūc authoritas triu
ecclesiarum patriarchalium fuit confir
mata, nam tres tantum erant illo tem
pore sedes patriarchales, Romana scili
cet, Antiochæna, & Alexandrina. Imo
fortius per illud concilium probatur p̄i
matus Roma. pontificis primo quia li
cet Nicea esset in Asia, tamē Osius cor
dubensis nomine papæ præsedit con
cilio, & primus se subscripsit, non nomi
ne suo velut reliqui Episcopi omnes,
sed nomine papę. Secundo quia in cō
cilio Niceno fuit statutum, ut in caussa
depositionis episcopi posset appellari
ex toto orbe ad Roma. pontifi. Huic
innitebatur Athanasius & obtinuit.
Huic Chrysosto. & obtinuit. Et quan
do ecclesia Aphricæ reluctabatur Zosi
mo papæ in restitutione Appiarii, cer

tior facta de illo Niceno concilio, acque uit. I nunc hæretice, & insanias Nicenum concilium aduersari papæ.

De. 15. Dist. 64. cap. cum prouicia lo De ordinatione episcoporum, quid hæc ad primatum? cum hodie rarissime papa ordinet episcopum, aut forte nũquam, sed in hunc diem, tres episcopi conuenientes ordinant & consecrant episcopum.

De. 16. Canon. 7. concilii sic habet: Quia consuetudo obtinuit & antiqua traditio, vt Heliæ episcopus honoretur, habeat honoris consequentiam, salua Metropoli dignitate. Hic stupidus hæreticus nugatur primatum tributum Hierosolymitano, cum adeo nõ tribuat ei primatum, vt sinat illum subiectũ Metropolitano, qui erat Cæsariensis teste Hieronymo. Honorandum ergo statuit Hierosolymitanum antiqua traditione, sed nihil ad primatum, porro Hierosolyma fuit prima tpe sed nõ dignitate.

De. 17. Concilium Aphricanum nihil agit de primatu, nihil de Roma, sed inter se constituerunt episcopi aphricani, ne p̃

mates eorum (ficut erant Carthaginẽses, Numidiæ, Mauritaniæ &c.) gloriosos fibi vendicarent titulos, & iurifditionem fuper alios, hoc & nihil aliud habet canon. 6. concilii. 3. Aphricani, & delyrus hæreticus cum apud Gratianũ 99. diftinctiõe primæ fedis legiffet verba Gratiani continuata ad fequentia, credidit illa effe verba concilii, & non funt, fed de vniuerfali epifcopo mox dicamus.

Gregorius & Pelagius non refpuerunt primatum ecclefiæ Romanæ, fed approbauerunt vt de primatu petri latiffime oftẽdimus. Sed fic negauerunt aliquem poffe effe vniuerfalem epifcopum, fic quod effet cuiufq; ecclefiæ ꝓprius rector, quoniam fic nullus alius effet epifcopus, & honor epalis omnibus detraheretur, & in vnum foliũ reiiceretur. De. 18

* Quod quia effet Hierarchici ordinis deftructiuũ merito reprobarũt fcti patres; feruata ecclefiæ Ro. dignitate.

Primatus Roma. ecclefiæ non folũ De. 19

ex decretis põtificum probatur, sed ex euangelio, ex sanctis martyribus, conciliis & doctoribus: sed errat hęreticus, credit nõ fuisse alia iura canonica, nisi post ortũ decretũ Gratiani & decretales Gregorii.ix. cũ semp in ecclesia statuta & iura fuerint: sicut oliʒ erat Codex canon, decretum pasthasii decretũ Burckardi, panormia Iuonis &c. Euanescũt itaq; oia hæretica, vt bulla aquæ.

Conclusio.

Suscipiamus oẽs authoritatem ecclesiæ i apostolica sede Roma. relucẽtem: quuʒ eam in rebus arduis fidei cõsuluerit Hieron. ex Asia ad Damasuʒ, Augusti. ex Aphrica ad Innocentium & Bonifaciuʒ, ac Cypria. ad Corneliũ, Athanasi. ex ægypto ad Marcum & In Epist. Iulium, Ambro. ex italia &c.

Iam defendentes se contra rebaptizatores recedunt ab eorum basi, vnde multa fatentur non scripta & tamen tenẽda. Zuinglius adducit de baptismo Mariæ, de baptismo paruulorum.

EX SCRIPTVRIS temere repugnare hæreticos. Caput quartũ, continẽs tria axiomata. Præter ſuperius dicta de Eccleſia & Conciliis, hæc ſubiiciamus.

QVia hæretici nihil volunt recipere, niſi probetur expreſſe per ſcripturas, Ita Lutherani nõ recipient perpetuã virginitatem Mariæ ſicut Heluidius, contra quem ſcripſit beatus Hieronymus: quia in ſcripturis non probatur, ſed plures ſcripturæ apparenter ſunt ꝓ Heluidio. Primum axioma

Articulus in ſymbolo fidei. Deſcendit ad inferna, nõ expreſſe probatur ex ſcripturis, quare Luther non credet illũ articulum. Nam ſi quis obiecerit illud Eccleſia. 24 Penetrabo omnes inferiores partes terræ, dicet proteruus: Penetrabit virtute nõ loco. Id erit ei cũ multis catholicis commune. Si paulum qs attulerit Ephe. 4. Quod autem aſcen

dit quid est nisi quia & descendit pri-
mu; in inferiores partes terræ. Mox di
cet apostolum loqui, filium Dei descẽ
disse in vterum Virginis, qui ascendit
ad alta coelorum. Partes autem terræ
sunt inferiores coelo & elementis. Simi
liter symbolum Athanasii homusiam
personam in diuinis, Annam matrem
Mariæ, diem Dominicam Lutherani
non obseruabunt. Iudicio Luthenano
rum, Christus non bene probasset con
tra Saducæos resurrectionem corpoꝝ.
Non enim eis adduxit clarum textum
Ex.3. sed quia dictum est: Deus Abraa;, De
us Isaac, Deus Iacob: non est autem
Deus mortuorum, sed viuentium. Et
tamen tunc solum viuebant secundu;
animas, non secundum corpora.

* Non sunt igitur solum credenda &
seruanda, (id quod volunt stolidi Lu-
therani) quæ expresse habentur in di-
uinis literis aut probantur ex ipsis, ve-
rumetiam ea oportet credere & seruare
quæ sancta mater ecclesia credit & ob
seruat. Non enim omnia tradita sunt

manifeste in sacris scripturis, sed quam plurima ecclesiæ (quæ a spiritu sancto illustratur & gubernatur, & ob id a veri tatis tramite errare nequit) determinã da relicta sunt. Vnde saluator ad disci pulos suos Ioan. xv. dixit: Adhuc mul ta habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatẽ. Multa igitur suis ritibus & ce remoniis obseruat ecclesia, ex familia ri instinctu spiritussancti, & traditione apostolorum & sanctorum patrum q̃ & si expresse in sacris literis non habeã tur ipsis tamen nequaquam obuiant, aut ab ipsis discrepãt. Imo maxime ip sis sunt conformia, & ob id ab omnib⁹ vteris euangelicis & paulinis) quales se mendaciter gloriantur Lutherani) Christianis amplexanda & obseruan da. Itaq; fratres state, & tenete traditio nes quas didicistis siue per sermonem siue per epistolam nostram. 2.Thes.ij.

Cætera cum venero disponam. Hic 1.Cor.xj. de Eucharistiæ sacro loquens, innote

scit se non omnia scripsisse, sed cum ad ipsos venerit reliqua non scripta dispositurum.

2. Ioan. vnico. Plura habens vobis scribere, nolui per chartam & atramentum, spero enim me futurum apud vos & os ad os loq, vt gaudium vestrum plenum sit.

Ibidem. 3 Multa habeo tibi scribere, sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi. Spero autem protinus te videre, & os ad os loquemur.

Inno. 3. De celeb. missarum cap. Cum marię. Sane multa tam de verbis quam factis dominicis inuenimus ab euangelistis omissa, q apostoli vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur. Pau. Act. 20. enim in act. aposto. sic ait: Meminisse nos oportet verbi domini Iesu qui dixit: Beatius est dare, quam accipere: Hæc nullus quatuor euangelistarum descripsit. Nullus etiam expressit, quod 1. Cor. 15 paulus de apparitione plus quà quingentis fratibus simul facta.

Origen. homil. 5. super numeros. In ecclesiasticis obseruationibus sunt nonnulla huiusmodi quæ omnibus quidem facere necesse est, nec tamen ratio

eorum omnibus patet. Nam quod (verbi gratia) genu flectimus orantes, & quod ex omnibus coeli plagis ad solam orientis partem conuersi orationem fundimus, non facile cuiquam puto ratione compertum &c. Huius tamen rationem tradit Damas. ita inquiens: Quia deus est lux intelligibilis & sol iustitiæ & oriens in scripturis nominatur Christus dedicandus illi oriens est ad adorationem. Nam omne præstantius magisque bonum illi offerendum a quo omne bonum benigne largitur. Hæc ille, in nullo euangeliorum codice. Damasc. lib. 4. de orth.

Lutherani contendunt scripturas sacras esse claras, ideo laici & delyræ anus eas tractant imperiose. 2. ar[illegible]

Contradicit Petrus, loquens de Episto. pauli. In quibus sunt quædam intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Ecce difficultatem illarum, & quomodo viuente paulo fuerunt deprauatæ, sicut hodie faciunt Lutherani. 2. Pet. 3.

pio. Pugnant inter se Lutherani & Oecolampadiani & Zuingliani de Eucharistiæ sacramento aduersus ecclesiæ fidem dissentientes. Lutherus & sui eum in hoc sequaces, ꝯtendunt corpus christi & sanguinem substantialiter esse in hoc sacramento simul cum panis viniq; substantia manente, exponentes hoc est corpus meum, id est, hic panis est corpus meum &c. Oecolampadiani & Zuingliani pertinaciter negant in hoc sacramento esse corpus Christi & sanguinem, asserentes hoc sacramentũ esse tantum signum corporis & sanguinis Christi, exponẽtes est, significat vel figurat. Quis īter hos iudex erit? Quis hoc vnquā cōcordabit? scriptura ne? an ecclesia? Alius profecto præter has iudex dari nequit. Non quidem scriptura, quam vtriq; iudicem esse contẽdunt. Fundāt se quippe in eisdem scripturæ verbis, a seruatore nostro Iesu Christo in nouissima Cœna super panem & vinum prolatis, nempe: Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis

meus &c. sed ab vtrisq; in cõtrarias hæ-
reses ex diametro pugnantes p vim cõ
tra genuinum sensum verborum extor
tis, & ita ipsi nõ scripturam iudicem ad
mittunt contra suam ipsorum doctri-
nam, sese supra scripturam iudices faci
unt. Ecclesia proinde necesse iudex erit
quæ credit virtute verboꝝ Christi transt
substantiatis pane & vino, in hoc sacra
mento esse verum corpus & sanguinẽ,
sub speciebus panis & vini. Ad idem
nõ difficile fuerit plura adducere, quũ
ex vetustis tum ex modernis hæreticis
exempla, quæ prolixum esset recitare.

Mat.4. Etiam diabolus allegauit scripturã
contra Christum: Angelis suis manda
uit de te, vt custodiãt &c. sed verum in-
tellectum non tenuit, vt inducit Hiero
ny. contra Luciferanos. Atq; scripturæ
non in legendo, vt imperitum vulgus
iã Lutheranæ hæresis sentit, sed in itel
ligendo consistant Hieronymo ibidẽ.
Ideo Tertullianus potenter ostendit
lib. de scriptionibus hæreticorum, eos
nequaquam admittendos ad incun-

dam de scripturis prouocationē. Omnes hæretici confugerunt ad scripturas male ab eis intellectas.

Augustinus Arrius adduxit pro se vigintiquatuor locos scripturæ.

Lutherani recipiunt scripturas sicut Iudæi vetus testamentum: quia insistunt solum sensui literali, & quę sunt eis contraria ipsi torquent, vnde sunt Theologi atramentales, secundum corticem & superficiem. Ideo Iudaicum est scripturis impugnare ecclesiam. Luther in assertionibus dicit: Superbis & impiis scripturam semper esse maioris cæcitatis occasionem. Hoc dictum redundat in caput authoris & suorum sequacium.

DE FIDE ET OPERIBUS. Cap. V. Continens propositiones quinque.

Fidem non sufficere sine operibus & opera aliquid esse. i. meritoria vitæ æternæ, ex diuina prædinatione & gratia Dei acceptante, abū- Propo. I.

de ex ſcripturis vtriuſq; teſti oſtẽditur.
Gene. 4. Reſpexit dominus ad Abel & munera eius, ad Cain autem & ad munera illius non reſpexit. Et ait dominus ad Cain: Nõne ſi bene egeris, recipies? Sin autem male, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit.
Gene. 17 Ait dominus ad Abraham. Ego ero merces tua magna nimis.
Eſa. 40. Ecce merces eius cum eo.
Hier. 31. Eſt merces operi tuo, ait dominus.
Oſee. 10. Seminate vobis in iuſtitia.
Prouer. 11 Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſtitiam, merces fidelis.
Sap. 3. 5. Bonoꝝ opeꝝ glorioſus eſt fructus. Iuſti in perpetuum viuent, & apud dominum eſt merces eorum.
Sap. 10. Reddet Deus iuſtis mercedem laborum ſuorum.
Eccleſi. 2. Qui timetis Deum credite illi, & nõ euacuabitur merces veſtra.
Eccleſi. 9. Quodcunq; poteſt manus tua, inſtanter operare.
Ibid. 16. Miſericordia facit vnicuiq; locum, ſecundum meritum operum ſuorum.

Obseruabo me ab iniquitate mea, Psal. 17
& reddet mihi dominus secundum iu-
stitiam meam.

Inclina cor meum ad faciendas iu- Psal. 118.
stificationes tuas in æternum, propter
retributionem.

Reddet tibi dominus pro opere tuo Ruth. 2.
& plenam mercedem accipies a domi
no deo Israel, ad quem venisti.

Confortamini, & non dissoluantur 2. Par. 15
manus vestræ, id est opera: Erit merces
operi vestro.

Qui metit, mercedem accipit, & cõ
gregat fructum in vitam æternam, vt Ioan. 4
& q seminat simul gaudeat & q metit.

Gaudete & exultate, quoniam mer Mat. 5.
ces vestra copiosa est in cœlis. Et item:

Gaudete in illa die & exultate, ecce Luc. 6.
enim merces vestra multa est in cœlo:
Si merces, ergo & meritum, cui merces
debetur. Dicuntur enim relatiue ad in-
uicé, vbi vnũ nequit intelligi sine alio.

Attendite ne iustitiam vestram fa- Mat. 6.
ciatis coram hominibus, vt videamini
ab eis. Alioquin mercedem non habe

bitis apud patrem vestrum qui est in coelis. Ergo per oppositum.

Mat. 7. Non omnis qui dicit mihi Domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit volũtatem patris mei qui in coelis est.

Idez. 10. Quicũq; potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam.

Idẽ, 20. Voca operarios, & redde illis mercedem, & antea. Quod iustum fuerit dabo vobis.

Mat. 19. 25. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Esuriui, & dedistis mihi manducare &c. Venite benedicti patris mei, præcipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.

Ioan. 5. Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.

Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis.

Roma. 2. Reddet Deus vnicuiq; secundum opera eius.

Gloria & honor oi operanti bonuȝ.

Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum sed factores legis iustificabuntur.

Vnusquisq; mercedem accipiet secundum laborem suum. 1. Cor. 3

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. 2. Cor. 5

Si volens hoc agá, mercedē habeo. Idem. 9

Abundantes in omni opere domini semper, scientes ꝙ labor vester non est inanis in domino. & 15.

Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulatiōis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. 2. Cor. 4

Quæ seminauerit homo, hæc & metet &c. Gala. 6

Quodcunq; facitis, ex animo operamini sicut domino & non hominibus, scientes ꝙ a domino accipietis retributionem hæreditatis. Colos. 3

Ambuletis digne deo ꝑ omnia plá Colos. 1

centes,In omni bono fructificantes.

Philip.1. Mihi viuere Christus est,& mori lucrum. Si lucrum,ergo meritum.

Cum metu & tremore vestram salutem operamini.

Non est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri & laboris ex charitate suscepti.

Hebr. 13. Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci,talibus enim hostis promeretur Deus.

2. Ioan. Videte vosmetipsos,ne pdatis quæ operati estis,sed vt mercedem plenam accipiatis.

1. Ioã. 3. Filioli,nemo vos seducat : qui facit iustitiã iustus est,sicut & ille iustus est.

* Aduerte hic,opera ex suo genere bona,esse Deo grata æternæq; vitæ meritoria,id accipiendum esse de operibus viuis,hoc est quæ procedũt ex vitæ spi-

Abac.2. Gala.5. ritualis principio,quod est gratia & charitas:qualia opera faciunt iusti ex fide per dilectionem operante viuentes. Secus autem est de operibus mortuis(quæ non procedunt ex gratia & charitate)

quantumuis ſuapte natura bonis, qua lia faciũt impij, puta fornicatores, adul teri, & huiuſmodi, quæ nec gratiæ (quã ſub merito cadere contradictionez implicat, iuxta dictum Apoſtoli: Si autẽ gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia: & iterum: Ei qui operatur, merces nõ imputatur ſecundum gratiam: ſed ſecundum debitum) neq; vitæ æternæ ſunt meritoria. Fornicatores enim & adulteri, fures & latrones (quantũuis mentiuntur ſe Euãgelicos & Paulinos) non habent hæreditatem in regno Chriſti & Dei, neque ipſum conſequẽtur. Sed iudicabit eos dominus. Sunt tamen huiuſmodi opera bona, quãuis mortua, in non excæcatis & obduratis peccatoribus, ſed ſua peccata confitentibus, humiliterq; veniam petentibus, gratiæ impetratiua. Patet de publicano, qui impetrata per humilem & deuotam orationem peccatorum ſuorum indulgentia, deſcendit iuſtificatus in domum ſuam. Claret quoq; de Cornelio gentili, cuius oratio

Rom. 11.
Ephe. 5.
Gala. 5.
Luce. 18.
Act. 10.

est audita & eleemosynæ commemoratæ sunt in conspectu dei, suisq; & oratione & eleemosynis obtinuit, vt a Petro ad se misso baptizaretur, cum omnibus cognatis & necessarijs amicis, spiritu sancto etiam in signo visibili super eos descendente.

Exo. 1. * Valent etiam huiusmodi opera extra charitatem facta, ad impetrãda bona temporalia. Patet de obstetricibus, quibus in remunerationem ædificauit Deus domos, de quo Grægorius. Benignitas earum. s. obstetricum, merces potuit in vita æterna retribui, sed culpa mẽdacij terrenam compensationem accepit. Ita Augusti. dicit, quod iustitia & actibus strenuis, Romani promeruerunt a Deo imperium. Valẽt insuper huius modi opera ad euitandam trãsgressionem præcepti. Patet de honore parentibus impenso, de eleemosyna donata pauperi, de pœnitentia iniuncta & horis canonicis dictis a peccatore in statu peccati mortalis. Valent quoq; ad resistendum inclinationi criminis, iuxta il

Li. de ciui. dei capi. 12. & 15.

Iud: Ignem ardentem extinguit aqua & eleemosyna resistit peccato. Et ad habituandum hominem in opere bono, quo fit ut habita consuetudine operandi quod bonum est, tandem ex charitate operetur qui prius operatus ē in statu mortalis culpæ. Sicut in simili, opera seruiliter facta ex timore pœnę, inducunt charitatem: vnde Augusti. Cum per timorem gehennæ continet se homo a peccato, fit consuetudo iustitiæ, & incipit quod durum erat amari, & incipit excludi timor a charitate, & succedit timor castus quo timem⁹, ne tardet sponsus, ne discedat, ne eo careamus. Idem: Sicut sera introducit filum, ita timor charitatem: crescit charitas, minuitur timor, & econuerso. Valent postremo ad temporalis pœnæ relaxationē, aut æternæ diminutionem, si charitatē non induxerint. Vnde augusti. lib. de pœnitentia, dist. 3. capite. Si quis nō habens charitatem, in aliquo scismate cōstitutus, ne Christū neget patitur tribulationes, famem, persequutionem, vel

Eccle. 3.
Augusti. psal. 127. 23. q. 6. cap. 6.
De poeni. dis. 3. cap. Sicut secta.

flammas, vel bestias, vel ipsam crucē timore gehennæ, nullo modo ista culpanda sunt. imo hæc est laudanda patientia. Non enim dicere poterimus: Melius ei fuisset, vt Christum negādo, nihil eoꝝ patereť q passus est ꝯfitēdo: sed æstimandum est, tolerabilius ei futurum iudicium q̄ si Christum negando nihil eoruʒ pateretur: vt illud quod

1. Cor. 13 ait Apostolus: Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, intelligatur ad regnum cœlorum obtinendum, non ad extremi supplicij iudiciū tolerabilius subeundum. Hæc ille. Si autem charitatem induxerint, liberant a gehēna totaliter, & meritorie ad æternam perducunt gloriam.

Eccle. 9. Consulendū est igitur peccatoribus, vt quodcūq; poterit manus eorum, instanter operentur, non auertendi, non retrahendi a bonis operibus, id quod faciūt impij Lutherani omnis boni osores & maxime vt pietatis opera, non in apostatas monachos & moniales sub

honesto

honesto matrimonij titu. sacrilege scortantes & adulterantes: sed in veros catholicos paupes exerceant, iuxta illud: Da misericordi, & ne suscipias peccatorem: benefac humili, & non des impio. Ecclc. 12. Ita consuluit Daniel Nabuchodonosori, dicens: Consilium meum placeat tibi rex, peccata tua eleemosynis redime, & iniqtates tuas misericordijs pauperum. Dan. 4. Ita D. Gregorius cui⁹ verba habentur de pœni. dist. 5. cap. Falsas. Totus igitur Lutheranoruз error de bonis operibus, procedit ex ignorantia huius nunc factæ fundatæq; in sacris scripturis distinctionis. Argumentantur enim ita in virtute: Opera bona nō sunt gratiæ meritoria, ergo neq; vitæ ęternæ, ergo sunt nulla. Quod argumentum q̄ sit sophisticum, si se sophistas & illusores & deceptores agnoscerent, facile viderent. Peccant enim penes sophisma consequentis a destructione antecedētis ad destructionem consequentis arguendo. Ita & perfidi Iudæi (quibus longe cæciores sunt impij Lutherani)

Ioan. 7. & 8. & alibi argutabantur cõtra Christum. Hic homo non custodit sabbatum, ergo non est a deo, ergo non est iustus, sed peccator, dæmonium habens, arguentes eũ transgressi sabbati reum &c.

Secunda propositio.

✱ Iustus nõ peccat in oĩ opere bono.

In Hierusalem constituit Iosophat, leuitas & sacerdotes & principes familiarum ex Israel, vt iudicium & caussam domini iudicarent habitatoribus
2. Par. 19 eius, præcepitq; eis, dicens: Sic agetis in timore domini fideliter & corde perfecto. Omnem caussam quæ venerit ad vos fratrum vestrorum qui habitãt in vrbibus suis, inter cognationeʒ & cognationem vbicunq; quæstio de lege, de mandato, de ceremonijs, de iustificationibus, ostendite eis vt non peccẽt in dominum, & ne veniat ira Dei sup vos, & sup fratres vestros. Sic ergo agẽtes non peccabitis. In omnibus his nõ
Iob. 2. peccauit Iob labijs suis, neq; stultum quid contra Deum loquutus est.
Eccl. 24. Qui operantur in me non pecca-

bunt, & qui elucidant me, vitam æter-
nam habebunt.
Virgo si nubat, non peccat. 1.Cor.7.
Satagite fratres, vt per bona opera 2.Pet.1.
certam faciatis vestram vocationem &
electionem. Hæc enim facientes, non
peccabitis aliquando. Sic enim abun-
danter ministrabitur vobis introitus in
æternum regnū Domini & saluatoris
nostri Iesu Christi.
Omnis qui natus est ex Deo, pecca 1.Ioā.3.
tum non facit, quoniā semen eius ma
net in eo, & nō potest peccare, quia ex
Deo natus est. Nota: non potest pecca
re, sequens inclinationem charitatis, se
cundum quam natus est ex Deo: quia
charitas non agit perperam.
Hæc scribo vobis, vt non peccetis. 1.Cor.13
Ex bonis operibus vos consideran 1.Ioā.2.
tes glorificent Deum.
Fructificātes in omni opere bono. 1.Pet.2.
Euigilate iusti, & ne peccetis. Colos.1.
Si oculus tuus fuerit simplex, nō ha 1.Pet.1.
bens aliquam partem tenebrarum, to- Matth.6
tum corpus tuum (id est, tota cōgeries

operum suorum) lucidum erit.

Propositio. III.

Fidem aliquam esse inanem, quia
Iacob. 2. sine opibus. Quid proderit fratres mei
si fidem quis dicat se habere, opera au
tem non habeat, nũquid poterit fides
saluare eum? infra: Fides si nõ habeat
opera, mortua est i seipsa. infra: Vis au
tem scire o homo inanis quoniam fi-
des sine operibus mortua est &c.

Propositio. IIII.

Fides est opus. Quid faciemus vt o-
Ioan. 6. peremur opera Dei? Respondit Iesus:
hoc est opus Dei, vt credatis in eũ quẽ
misit ille. Et iterũ. Si filij habrahæ estis,
opera eius facite, sed pręcipuum opus
Gene. 15. Abrahæ fuit fides, Credidit Abraham
Deo, & reputatum est illi in iustitiam.
Ecce fides inter opera computatur.

Propositio. V.

Matt. vltimo Non sufficit credere. Euntes docete
omnes gentes, baptizãtes eos in nomi
ne patris & filij & spiritus sancti, docen
tes eos, non solum credere, sed etiã ser
uare omnia quæcunq; mãdaui vobis.

Nō sufficit q̄ cæco liniatur oculus luto, sed oportet q̄ vadat ad natatoria Siloæ. Ioan. 9.

Si habuero omnem fidem, vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Per hoc probat Augusti. 15. de Trini. fidem nō habere necessario charitatem annexam. 1. Cor. 13.

Itaq; operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Gala. 6.

Bonum certamē certaui, cursum cōsummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dn̄s i illa die, iustus iudex. 1. Tim. 4.

Vobis donatum est pro Christo, vt non solum in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Philip. 1.

1 Iustus ex fide viuit, Itaq; non ex operibus. Roma. 1.

2 Qui credit filium Dei non condemnatur. Ioan. 3.

3 Creditis quia hoc possum facere vobis, s̄m fidem vestram fiat vobis. Matt. 9.

4 Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Gene. 15.

Ioan. 5. Matt. 9. 5 Qui verbum meum audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternam.
6 Fides tua te saluā fecit. Opera sunt hypocritarum.
7 Charitas est fructus fidei, quā re sola fides sufficit.
Augusti. de fide & operibus 8 Paul. ad Roma. & ad Galat. contendit hominem iustificari per fidem, sine operibus.

Respondent Catholici.

Hic constat verum esse quod Augusti. inquit hanc hæresim (non enim noua est, sed antiquissima) ex ortam ex verbis Pauli male intellectis.

De. 1. Hebr. 11. Fatemur iustum ex fide viuere, est enim fides fundamentū spiritualis ædificij, quia sperandarum rerum substantia. Sed quod hæreticus assumit ex sola fide, lacerat & falsificat textum, qui nullibi dicit iustū ex sola fide viuere.
De. 1. Augusti. tract. 10. super Ioan. habetur de pe. dist. 2. ca. Charitas Credere in Deum vsu scripturæ, includit adhærere Deo per charitatem secundum Augu. Theologi iuniores appellant fidem formatam: liquet ex. S. Paul. in Christo Iesu neq; circuncisio

quicquam valet,neq; præputium, sed fides per dilectionem operans. Ecce Paulus non dicit sufficere quácunq; fidem: sed quæ operetur p charitatem. *est a quã Gala. 5*

Liquet ex secundo licet fides etiam informis poterat aliquid temporalis cõmodi impetrare, sicut Romani virtutibus impetrarunt tantam dignitatem secundum Augu. de ciuita. Dei lib. 5. *De. ...*

✳ Et Raab meretrix fide nõ perijt (vt dicit Apost.) cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. Ita & ipsius fide informi, concomitante ipsam humili & deuota oratione, impetrare potest sui a peccatis per gratiam iustificationem. Credenti enim in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. Accedentéq; ad deum oportet credere quia est. Sine fide enim impossibile est placere deo. Hoc patuit supra de Publicano & Centurione. Patet & in his duobus cęcis, qui oculorum suorum apertionem & visum, fide & oratione obtinuerunt. Clamantibus enim & dicẽtibus. Miserere nostri fili Dauid, *Heb. 11* *Rom. 4* *Hebr. 11* *Hoc ...* *Matt. 9*

dixit Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Illisq; respondentibus; vtique domine, dixit Iesus: Secundum fidem vestram fiat vobis. Non iustificat igitur sola fides, neq; ad salutem sufficit, quamuis ad vtrunq; sit necessaria.

Ad.4. Iacob.2. Respondet sanctus Iacobus. Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suũ super altare? Vides quoniã fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides ꝯsummata est, infra. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum.

Ad.5. Dicatur sicut de secundo.

Ad.6. Matt.5. Similiter. Quod autem calumniatur opera facere hypocrysim, cur tunc Christus dixit. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrũ qui in celis est.

Pet.2. * Et Beatus Petrus in cano. sua hortatur fideles dicens: Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam vt in eo quod detractant de vobis tã-

quāꝫ de malefactoribus, ex bonis operibus consyderātes vos glorificent deum &c.

Assumit falsum, quia charitas est fructus spiritus non fidei, & similiter fides est fructus spiritus. Paulus ait: Fructus aūt spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia &c. fides modestia. De. 7.

Gala. 4.

Omnes tamen Lutherani coacti argumētis fidelium incipiunt distinguere de fide, veram formatam fidem appellant in vulgari nr̄o. denliebreychan vvoltigen glauben. id est, qui diues sit in charitate & operibus: aliā nomināt historicam. Sicut Oecolampadius de megoria. s. ponit aliqua opera viua & aliqua mortua.

* Obijciunt Lutherani contra secundam propositionem.

1 Facti sumus vt īmundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ, vniuersæ iustitiæ nostræ. Esaie. 64

2 Non est iustus in terra qui benefaciat & non peccet. Eccle. 7.

3 Non intres in iudicium cum seruo Psal. 142

tuo dñe, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Rom. 7. 4 Quod volo malum hoc facio, quod volo bonum non facio &c. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ &c.

Respondent catholici.

De. 1. Augusti. de hoc plura in multis locis. Propheta loquitur secundum Hieronym. interpretationem de populo iudaico pro eo tempore, quando necdum saluator aduenerat, hoc est sub tempore legis, quando populus imaginem terreni portauit, non autem adhuc imaginem supercœlestis, vnde iustitia quæ in lege est ad comparationem euangelicæ puritatis, immunditia nominatur. Si quis igitur (infert) post Euangeliũ Christi, & aduentum filij Dei, Pedagogæ legis obseruat ceremonias, audiat populum confitentem, quod omnis illa iustitia, panno sordidissimo comparetur. De Christianorum itaq; iustitia nequaquam est loquutus propheta.

Insuper, ipsius prophetæ verba quæ proxime sequuntur indicant quod lo-

quitur non vniuersaliter de omnibus, sed in persona grauiter peccantiũ hæc dicta sunt. Et cecidimus iquit quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ, quasi ventus abstulerunt nos.

Et post ciuitas sancti tui facta est deserta, Hierusalem desolata, domus sanctificatiõis nostræ, & glorię nostræ, vbi laudauerũt te patres nostri, facta est in exustionem ignis. Hæc autem omnia eis accidisse propter peccata sua, maxime idolatriæ manifeste patet in sa. scriptu. Captiuitatis igitur Babylonicæ miserias deflet propheta, in quã propter idolatriæ crimen facti fuerunt immundi omnes, & vniuersæ eorum iustitiæ quasi pannus menstruatæ. Ita hoc maligno tempore Lutherani ex hæreseon sacrilegorum fornicationum adulteriorum, & id genus innumeris criminibus facti sunt immundi omnes & vniuersæ eorum (ne dicam iustitiæ, quas nullas faciũt) sed iniustitiæ & impietates, nõ quasi: sed longe sordidiores abominabilioresq; sunt panno menstruatæ.

Oc.2. De spiri/tu & lra. Prou.24 In Hæbreo non est præsentis tem/poris peccat, sꝫ futuri peccabit, & ita al/legat diuus August. perinde ac si dixe/rit: Non est iustus qui nunquam pecca/bit, Septies quippe cadit iustus in die & resurgit, non tamen in omni opere bo/no peccat.

Oc.3. De perfe/ctione iu/stitię. Respondet Augu. adductam auto/ritatem post exponens. Ne intres in iu/diciuꝫ cum seruo tuo. Noli inquit me iudicare secundum te, qui es sine pec/cato, quia non iustificatur in cõspectu tuo omnis viuens, quod de hac vita di/ctum esse, sine difficili quæstione intel/ligitur. Et quod ait. Nõ iustificabit ad illam perfectionem iustitiæ retulit, quę in hac vita non est. Hæc ille. Facile igi/tur donamus neminem viuere qui sic iustificatur, vt omni prorsus careat pec/cato, non tñ propter hoc consequens est, iustum in oĩ opere bono peccare.

Oc.4. Respondet Apostolus ipse cap. seq. Nihil ergo inquit nunc damnationis (id est peccati aut culpæ) est his q sunt in Christo Iesu, qui non secũdum car/

nem tribulant, lex enim spiritus vitę in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Potest igitur in Christi fidelibus qui mente seruiunt legi dei, concupiscentiam carnis repugnantem legi mentis nullum esse peccatum, quam tamen apostolus peccatum vocat, qa peccato facta, & peccati poena est. Sicut & Christus pro nobis peccatum factus est, quia peccata nostra (id est poenas peccatis nostris debitas) ipse pertulit in corpore suo super lignum. 2. Cor. 5. 1. Pet. 2.

DE CONFIRMAtione. Capi. VI. Duo probat axiomata.

Primum axioma. Confirmatio est sacramentum.

BAptismum admittit Luther esse sacramentum, sed confirmationem negat.

At quia in confirmatione signū sensibile, habens infallibilem assistentiam gratiæ spiritussancti, ideo est sacrm. Probatationes

Act. 8. Cum audissent Apostoli, qui erant
Probatur authoritatibus. Hierosolymis, quia recepisset Samaria
verbum Dei, miserunt ad eos Petrum
& Ioannem, qui cum venissent, oraue
runt pro ipsis vt acciperet spiritum san
ctum, nondum enim in quenquam il-
lorum venerat, sed baptizati tantum
erant in nomine domini Iesu; tūc im-
ponebant manus super illos & accipie
Act. 19. bant spiritum sanctum, De Ephe. His
auditis baptizati sunt in nomine domi
ni Iesu, & cū imposuisset illis manus
Paulus, venit spiritussanct⁹ super eos.
Ecce post baptismum, erat signum sen
sibile, scilicet impositio manuum, quo
conferebatur gratia spiritussancti, & ita
erat sacramentum.

Secundum axioma.

De quo Act. 6. & 21. Et q̄ soli episcopi hodie confirmāt,
indicat textus hic quod Philippus dia
conus non confirmauit Samaritanos,
sed Apostoli Petrus & Ioannes. Et nō
est credibile aliquod donum gratię, ad
electorum pertinēs consummationē,
fuisse olim in ecclesia, quod iam desit,

Dionysius Areopagita recenset illius mysteria capi.4.ecclesiasticæ Hierarchiæ & teletem vngenti dixit Appellatam ab Apostolis.

Melchiades papa martyr. In Baptismo regeneramur ad vitam post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. Concilium Aurelianense. Vt ieiuni ad confirmationem perfectæ ætatis veniant, vt moneantur confessionem prius facere, vt mundi mereantur spiritus sancti donum accipere, & quia nunquam erit Christianus, nisi in confirmatione episcopali fuerit chrysmate vnctus. Cum aliis de consecra. di. 5. De cõse. dist. 5. ca. spiritussanctus

Hieronymus Episcopus si imponit manum his imponit, qui recta fide baptizati sunt, qui in patre & filio, & spiritu sancto, tres personas & vnam substantiam crediderunt &c. infra. Quod si hoc loco quæras, quare in ecclesia baptizatus, nisi per manus episcopi, nõ accipiat spiritum sanctum? Disce hanc obseruationem ex ea autoritate descẽ Cõtra luciferanos

dere q̄ post ascensum domini spiritus sanctus ad Apostolos descẽdit, & multis in locis idem factitatũ reperimus.

* Obijcientibus hæreticis Christum hoc sacramentum non instituisse. Dicẽdum est q̄ Christus vtiq; hoc sacramẽtum instituit, non quidem exhibendo, sed promittendo Lu. vlti. dicit: vos autem sedete in ciuitate, quousq; induamini virtute ex alto. Et Ioan. 17. Si nõ abiero paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eam ad vos. Et hoc ideo quia in hoc sacramẽto datur plenitudo spiritus sancti quæ non erat danda ante Christi resurrectionẽ & ascensionem secundum illud Ioannis septimo. Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondũ erat glorificatus.

DE ORDINIS SACRAMENTO. Capi. VII.

Mat. 10. QVia negant ordinem esse sacramentum. Ex sacris literis doceat ordo, & q̄ cũ signo sensibili conferat gratiam.

Ascendens

Ascendentes Iesus in montem vo- Mat.6.
cauit ad se quos voluit ipse, & vene-
runt ad eũ, & fecit vt essent duodecim
cum illo, & vt mitteret eos prædicare.
Post hæc designauit dominus & alios Lucæ.10.
septuagita duos, & misit illos binos an
te faciem suam.

Accepto pane gratias egit & fregit Lucæ. 22.
& dedit eis dicens: Hoc est corpus me
um, quod pro vobis tradetur, hoc faci-
te in meam commemorationem.

Dixit Iesus Apostolis. Sicut me mi- Ioan.20.
sit pater, & ego mitto vos, hæc cum di
xisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite
spiritum sanctum, quorum remiseritis
peccata remittuntur eis, quorum reti-
nueritis, retenta sunt.

Dixit spiritus sanctus: Segregate mi Act.13.
hi Saulũ & Barnabam, in opus ad qđ
assumpsi eos. Tunc ieiunantes & oran
tes, imponentesq; eis manus, dimise-
runt illos.

Noli negligere gratiam quæ in te ē, 1. Tim. 4
quæ data est tibi per prophetiam, cuꝫ
impositione manuum presbyterij, in

his te exerce.

1. Tim. 5 Nemini cito manus impoſueris, ne
q̄ communicaueris peccatis alienis.

1. Tim. 5 Qui bene præſunt præsbyteri, du-
plici digni ſunt honore.

Ti, 1. Huius rei gratia reliqui te in Creta;
vt conſtituas oppidatim presbyteros.

Philip. 2 Qui hmõi ſunt, eos in p̄tio habete.

1. Theſ. 5 * Rogamus vos fratres, vt agnoſcatis
eos, qui laborant inter vos, & qui præ-
ſunt vobis in domino, & admonēt vos
vt habeatis illos in ſummo pretio.

Hebr. 5. * Omnes pontifex ex hominibus aſ
ſumptus, pro hominibus conſtituitur,
in his quæ ſunt ad Deum; vt offerat do
na & ſacrificia pro peccatis.

1. Pet. 5. * Paſcite qui in vobis eſt gregē Dei,
& infra. Et cuꝫ apparuerit princeps pa
ſtorum, percipietis immarceſſibileꝫ æ-
ternæ gloriæ coronam.

Act. 20. Attendite vobis & cuncto gregi, in
quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſco
pos ad regendum eccleſiam dei, quaꝫ
acquiſiuit ſanguine ſuo.

Act. 6. * Aduerte hic q̄ diaconos menſaruꝫ

& viduarūʒ legimus ab apostolis institutos. Inter quos leguntur etiam prædicasse Stephanum & Philippum, qui Samaritanos conuertit. Diaconos autem altaris qui ordinantur ad orandū & prædicandum, iūgit Apostolus Paulus episcopis, dicens: Omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cūʒ epis & diaconis. Et ad Timotheū descripto epō, describit qualis debet esse diaconus. Habes hic in Apostolo manifestam discretionē inter episcopos & diaconos. Discretio igitur ordinum & ministrorum in ecclesia solidū habet fundamētum in sacris scripturis, de qua vide in decre. dist. 21. Cleros: & magistruʒ senten. distin. 24. quarti libri.

Philip. 1.
1. Tim. 3.

Pater duodecim fuisse apostolos, & septuaginta discipulos, illis Episcopi, istis sacerdotes succedūt (docet Beda.) Erant baptizati Apostoli, at non sacerdotes nisi quuʒ in cœna fecit eos sacerdotes, dans eis potestatem consecrādi corpus Christi veruʒ, & post resurrectionem absoluendi corpus Christi mysti-

Latina editio habet. 72.

cum. Et signu3 sensibile fuit impositiõ
ne manuum & contulit gratiam, cur
igitur a Luthero reijcitur a sacramen-
to. Et nõ esse cuiuslibet e plebe offin.

Hiere. 23 Nõ mittebam prophetas, & ipsi cur
rebant: non loquebar ad eos, & ipsi p-
phetabant: si stetissent in consilio meo
& nota fecissent verba mea pplo meo,
auertissem vtiq; eos a via mala, & a co
gitatiõibus suis pessimis. Tales sunt hæ
retici, qui si starent in consilio Dei, de⁹
eos illuminaret.

Num. 25 De Phinees. Ecce do ei pacem fœde
ris mei, & erit tam ipsi quã semini eius
pactum sacerdotij sempiternum.

Mala. 2. Pactum meum fuit cum Leui (di-
cit dominus exercituum) pactu3 meũ
fuit cum eo vitæ & pacis, & dedi ei ti-
moré &c. Lex veritatis fuit in ore eius,
Iniquitas nõ est inuenta in labijs eius ꝑ
labia sacerdotis custodiunt scientiam,
& legem exquirẽt ex ore eius, quia an
gelus dei exercituum est. Ecce pactu3
sacerdotale cũ Leui non cũ alia tribu.

Hebr. 5. Nec quisquam sumat sibi honore3,

sed qui vocatur a Deo, quemadmodũ Exd. 18
Aaron, sed legitur, nõ quemlibet e ple
be vocatum ad sacerdotium, Aarõ in
quit, & filios eius vnges, & sanctifica-
bis eos vt sacerdotio fungantur mihi.
✻ Item legimus iussisse dominum, q Num. 4
qñ mouenda essent castra, filij Caad
portarẽt vasa sanctuarij iuoluta ab Aa
ron & filijs eius, & non tangerent ea ne
moriantur. Hinc Datan Chore & Abi Num. 16
ron, vsurpantes sibi sacerdotale officiũ
(sicut modo laici Lutherani) a terra ab
sorpti sunt, descenderunt quæ viui i in
fernum operti humo, & ducenti quin-
quaginta viri eis consentientes ab igne
consumpti sunt. Ita Oza, quoniam vl- 2. Reg. 6
tra suæ sortis conditionem manum ar
chæ Dei ne caderet admouit, subita
morte a domino percussus est. Itẽ O- 2. Para.
sias rex cum opus sacerdotale (adole- 26
re, scilicet incensum super altare thymi
amatis) præsumeret, increpatusq; ab
Azaria & reliquis sacerdotibus domi-
ni, non desisteret, lepra in fronte perfu-
sus est, mansitq; leprosus vsq; in diem

Danie.5. mortis suæ. Baltasar quoq; rex temul lętus bibens ex vasis aureis, & argẽteis q̃ Nabuchodonosor pater eius asportauerat de tẽplo Dei q̃d est in Hierusalẽ, vidit manum scribentẽ in pariete. Mane Thetel Phares, eadem nocte interfectus est, & Darius Medus successit in regnum.

* Hinc canonicis sanctificationibus iustissime ac sanctissime prohibitũ est laicis, manibus attrectare res sacras puta calicem, corporale, hostiam consecratam, & huiusmodi, distinctione .23. canone Sacratas &c. Non oportet in sacratas, & de consecra. distin. I. canone: In sancta sede &c. vestimenta. Non debent igitur huiusmodi sacra contingi, aut offerri, nisi a sacratis hominibus, ne

Danie.5. vltio quę Balthasar regem percussit, super hoc transgredientes veniat.

Dionysius s. Pauli discipulus capi. 5. celestis Hierarchiæ prosequitur ritus Apostolorum in consecrandis episcopis, presbyteris, & diaconis.

Ignatius discipulus S. Ioan. ad Tral

stianos extollit dignitatem episcoporũ, presbyterorũ, & diaconorum. Hoc idẽ docuit per Epistolam Smyrnem. Et ad Antiochenses inquit: Saluto sanctum presbyterum vestrum, saluto sanctos diaconos, saluto subdiaconos, lectores cantores, hostiarios, laborantes, exorcistas, atq; confessores.

Cyprianus li. j. epistola tertia ab initio meminit acolithi.

Ecce tempore apostolorum omnes fuisse ordines.

Obijciunt Laici.

1 Omnes christianos esse sacerdotes & vnctos ex baptismate in sacerdotes.

2 Vos estis genus electum, regale sacerdotium. 1. Pet. 2

3 Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnuȝ & sacerdotes Deo & patri suo. Apoc. 6

4 In vno spiritu omnes in vnum corpus baptiȝati sumus, & omnes in vno spiritu potati sumus. Sequitur nos omnes esse æqualiter sacerdotes. Simile quid dicunt Chrysosto. & Ambrosius,

Roma.12 5 Obsecro vos fratres per misericordiã Dei vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrũ, hoc possunt etiam laici.

Respondent Catholici.

Ordinationes illas Lutheranas, solitas eẽ apud hæreticos, docuit ante mille.ccc.annos Tertullianus, faciũt enim
3 Re.12. ex sacerdotibus laicos, & sacerdotalia munera laicis iniungunt. Conatur Luther non alios facere sacerdotes, quam Pharao & gentiles, & sicut scriptura meminit de Hieroboaz qui ex nouissimis
De, 1. de plebe instituit sacerdotes.

Liquet omnes fideles esse sacerdotes sicut sunt reges, hoc est spiritualiter quia Deus regnat in eis per liberã charitatem, & ipsi per vnctionẽ sancti spiritus regunt vires animæ & sensus suos ac præter istos reges, etiam mendicos, sunt in ecclesia reges & præsides externi. Sic omnes fideles, quia offerũt deo fidem & orationes &c. sunt sacerdotes spiritales, & illud sacerdotium non eget

ceremonijs,ſed præter hoc ſacerdotiuȝ internum,eſt vnum externum in eccle ſia certis perſonis affixum . Sume exẽ plum,quilibet fidelis eſt templum dei, templum dei ſanctuȝ eſtis vos,ait Paulus,ſed præter iſta templa,eſt templuȝ externum certo loco affixuȝ, in quo loco fideles congregantur. 1. Cor.3.

Es obduratus more hæreticorum,iã facies omnes etiam Iudæos eſſe ſacerdotes,eo quod dicatur Iudæis. *Si audieritis* vocem meã & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiũ de cunctis populis & in regnum ſacerdotale,& gens ſancta,hæc ad vniuerſum Iſrael dicta ſunt,ſed reges fuerunt & ſacerdotes modo præfato. De.2. Exod.19.

* Cum igitur B.Petrus inductã hoc ex loco deſumpſerit authoritatem ,ſeq tur idẽ de Chriſtianis,quod de Iudæis, Vnde B.Auguſt.exponens illud Apoca.20.Sed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti,& regnabunt cuȝ eo mille annis ait: Non vtiq; de ſolis epiſcopis & presbyteris dictum eſt,qui proprie iam in ec- Lib.20.de ciuit. dei cap.10.

clesia vocantur sacerdotes, sed sicut om̄
nes Christianos dicimus propter mysti
cū chrisma, sic omnes sacerdotes, qm̄
membra sunt vnius sacerdotis. De qui
bus Apl's Petrus: Plebs, inquit sancta,
regale sacerdotiū &c. Et Hieronymus
contra Luciferianos qui receperunt lai
cum peccatorem qui errasse se confite
batur non autem episcopum nisi depo
sito sacerdotio. Deponat igitur inquit
laicus sacerdotiū laici. i. baptisma (ecce
sacerdotium laicale), Et īfra. Sine chris
mate & epi iussione neq; p̄sbyter, neq;
diaconus ius habent baptizandi. Q d'
frequenter (si tamen necessitas cogit)
scimus etiam licere laicis. Hæc ille. Ha
bes itaq; maximum inter sacerdotes &
sacerdotium laicum, & hierarchicū di-
scrimen. Peccant igitur Lutherani dece
pti per æquiuocationis sophisma: non
intelligentes quomodo in scripturis sa-
cris, sacerdotis & sacerdotij nomen va
rie his qui ad id muneris e pplo assum
pti sunt vt orent & sacrificent pro suis
& populi peccatis & alijs quibus hi p̄-

ſunt pro quibus ſacrificant & orant,ad ſcribitur. Illi enim proprie vocantur & dicuntur ſacerdotes hierarchiti. Iſti vero appellantur ſolum participatiue & metaphorice ſacerdotes, vt dictū eſt.

De Tertio ſimiliter dicatur. De. 33

Torquent hunc locum hæretici,naʒ etiam ſi omnes ſumus vnum corpus in Chriſto,quomodo tam ſtupide infert,ergo omnes ſumus ſacerdotes ac ſi diceret,ergo omnes ſumus manus,aut omnes ſumus pedes,cum etiam in ipſis membris ſit differentia? quare cum vnitate corporis ſtat membrorum differentia. De. 44

Fatemur omnes Chriſtianos etiam Laicos poſſe offerre oblationes ſpirituales,& ita poſſe eſſe ſacerdotes myſticos erigentes ſe altare affectus in deum, ſed non eſt conſectarium, propterea eos eē ſacerdotes externos, Hierarchicos. De. 88

DE CONFESSIONE. Capi. viij.

COnfessionem esse necessariam pro Sacramento pœnitentiæ, ipsamque iure diuino præceptaꝫ. Mat. 16. * Christus dixit Petro. Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris super terram erit ligatuꝫ in cœlis, & quodcunq; solueris super terram erit & solutum in cœlis, Hæ autem claues sunt duæ, scientiæ scilicet & potestatis. Clauis scientiæ est facultas discernendi inter lepram, & lepram. Item inter lepram & non lepram, id est, inter peccatum, & peccatum, & inter peccatum & non peccatum. Clauis vero potestatis est facultas soluendi & ligandi. Nam post caussæ cognitionem in foro iudicij pœnitentialis inter confessorem & confitentem, q̄ fit per clauem scientię, restat diffinire, sentẽtiam in negotio ferre, quod est soluere vel ligare, & hoc fit per clauem potestatis. Negare igitur confessionem esse præceptam a Chri-

sto, est negare potestatem clauium tra/ditam Christo, quod est manifeste cō/tra Christi euangelium. Quæcunq; al- Ioan. 20.
liga ueritis super terram, erunt ligata & in coelo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in coelo: Insuf/flauit in eos dicens: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueri/tis, retenta sunt.

✱ Ex authoritatis vltima parte iterū liquet confessionem esse iuris diuini, vt pote hoc loco a Christo deo præceptā. Nam retinere peccata nihil est aliud q̄ non remittere. Sensus igitur verborum Christi est, quorū sacerdos peccata re/tinuerit, id est, non remiserit, retenta .i. non remissa sunt in coelis. Cum ergo q libet teneatur iure diuino se exuere a peccatis, sequitur manifeste, q̄ præce/pto dei quisq; obligatur sacerdotibus sua peccata confiteri.

Gemina potestas absoluendi & re/mittendi, qua vti deberet, nesciret sacer dos, nisi detegeret ei crimina. Ideo præ

misit, Accipite spiritum sanctum, ac si dixisset: Directione spiritus sancti confitenti peccata soluatis, aut retineatis.
Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini.
Hugo. de s. vi. li. 2. de sacramen. ex. de pe. & re. cap. omnis vtriusq. Hic Iacobus vt dei præco, annúciauit hominibus præceptum Dei de confitendis peccatis. Et intelligitur cum præcisione: Nisi confiteamini, non saluabimini. Est igitur confessio iure diuino præcepta, verum quod paschate singulis annis fiat, iure humano seu ecclesiastico præceptum est. Ecclesiæ enim reliquit Christus sua præcepta, rectore spiritu sancto ad certum tempus determinanda.
Mat. 3. ✻ Habetur insuper præfigurata confessio, & facta Apostolis. Homines baptizabantur a Ioanne in Iordane, confitentes peccata sua.
Matt. 8. Christus leproso mũdato, dixit: Vade, ostende te sacerdotibus, & offer munus quod præcepit Moses in testimonium illis.
Luc. 17. Decem uiris leprosis dixit: Ite ostẽdite vos sacerdotibus, qui quãuis non

eſſent noui teſtaměti ſacerdotes, in eis tamen noui teſtamenti ſacerdotium ſi gurabatur.

Lazaro ſuſcitato, dixit apoſtolis: *Sol* Ioan.11.
uite eum, & ſinite abire.

Multi credentium veniebant, confi Act.19.
tentes & annunciantes actus ſuos, ex. de conſuetudine capite, Cum dilectus. ff. de legibus, lib. *Si* de interpretatione.

De propitiato peccato noli eſſe ſine Eccle.5.
metu, neque adijcias peccatum ſuper peccatum.

Et quod hæc plane accipiantur de confeſſione liquet, quia praxis Eccleſię optime interpretatur ſcripturas.

Si confiteamur peccata noſtra, fide- 1.Ioā.1.
lis eſt & iuſtus, vt remittat nobis pecca ta noſtra, & emũdet nos ab oi iniqtate.

Qui abſcondit ſcelera ſua non diri Prou.28
getur, qui autem ea confeſſus fuerit, mi ſericordiam conſequetur.

Dionyſius ad Demophylum, incre In epiſt.
pat eum, quod peccatorem prociden- tem ſacerdoti, contra diſciplinæ ordinẽ aſtans abiecerit, cum ille verecunde ſa

teretur se ad peccatorum remedia quę renda venisse.

Su. psal. 15. Origenes: Tantummodo circunspice diligentius cui debes cõfiteri peccatum tuum, proba prius medicum, cui debeas caussam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante &c. vt ita demum, si quid ille dixerit, si qd consilij dederit, facias & sequaris. Si præuiderit talem esse languorem tuũ, qui in conuentu totius ecclesiæ exponi debeat & curari, ex quo fortassis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipse facile sanari, multa hac deliberatione, & satis perito medici illius consilio procurandum est. Hæc omnia auricularem probant confessionem.

Basilius de institutione monachorum, necessarium videtur ijs quibus dispensatio mysteriorum cõmittitur, confitenda esse peccata.

Diuus Hieronymus aduersus Montanum hæreticum scribens, testatur hãc Montanorum impiam fuisse hæresim vt erubescant coram sacerdote cõfiteri peccata

ni peccata ad miſſa. Idē Hiero.ca.10.
ſuper Eccleſiaſticū, inquit: ſi cui ſerpēs
diabolus genuinū dentem (vt prouer
bio fertur) infixerit & nullo conſcio, ho
minem malo peccati veneno infecerit,
ſi ille ſilentio prꝫterierit, qui mortali vul
nere a ſerpente venefico ictus, & non
egerit pœnitentiam, nec vulnus ſuum
fratri & magiſtro voluerit confiteri, ma
giſter qui linguam habet ad curādum,
facile ei prodeſſe non poterit. Si.n. eru-
beſcat ægrotus, vulnus medico ꝯfiteri,
quod ignorat, medicina non curat.
* Cyrillus ſuper Leuit. ſcribens, ſeptē
gradus remiſſionum: Inter reliqua ver
ba ſic ait: Eſt adhuc in ſeptima licet du
ra & laborioſa per pœnitentiā remiſſio
peccatorū, cum lauat peccator lachry-
mis ſtratum ſuum, & fiunt ei lachrymꝫ
ſuæ panes die ac nocte, cum non eru-
beſcit ſacerdoti domini indicare pecca
tum & quꝫrere medicinam ſecundum
eum qui ait, Dixi: Pronūciabo aduer-
ſum me iniuſtitiam meam. Et tu remi-
ſiſti impietatē peccati mei. In quo im

pleuit illud quod Iacobus Apostolus ait. Si quis infirmetur in vobis, vocet presbyteros ecclesiæ &c.

Obijciunt hæretici.

1 Ioannis.20.nihil præcipitur de confessione,sed solum sacerdotibus,vt absoluant.

2 Iacobi.5.loquitur de cōfessione fraterna,nam non dicit confitemini sacerdoti,sed alterutrum.

3 Adulteræ non dixit,Vade & confitere sacerdoti,sed vade & noli amplius peccare,ita de Magdalena.

4 Ambrosius inquit:Petri lachrymas lego,confessionem non lego.

5 In tripartita historia traditur abrogatam confessionem sub Nectario Constantinopolitano

Respondent catholici.

De prio Cum Ioā.20.maxima illa potestas noscatur sacerdotibus tradita,magisterio spiritus sancti didicit ecclesia vsum illius potestatis ab ipsis apostolis. Et vt Bernar.inquit.Sufficiebat ostēdere infirmo medicum,qui si vult sanus fieri

Inquiret medicum.

Verum eſt ſcilicet Iacobũ non cum præciſione determinaſſe, cui ſit confitendum, quia iam Chriſtus expreſſerat abſoluẽtes peccatores, ideo ſufficiebat Iacobo exprimere illud, quod erat neceſſarium ad abſolutionem: ſcilicet cõfeſſionem, non ſpeciatim indicans iudicem. Deſcõ

Nondum erat poteſtas illa abſoluẽdi in eccleſia, ideo cum confeſſio non eſſet inſtituta, Adultera, Magdalena, ad confeſſionẽ non tenebantur. Porro ea quæ fiebant ſpeciali priuilegio, non ſunt trahenda in cõſequentiam per cõmunem theoricam.

Similiter reſpondetur, licet argumentum non legitur, etiam a pueris rideatur.

Loquitur de confeſſione pœnitẽtiæ ſolennis, nõ priuata peccatorum confeſſione. Vide latius de confeſſione librum noſtrum.

DE SATISFACTIONE. Cap. IX. Duo pbat axiomata.

Remanere pœnitété obligatuȝ ad pœná satisfactoriá, dimissa culpa p ꝯtritioné & ꝯfessioné, declarat exéplis sacrę scripturę. Adá, p-
Gene.3. culdubio pœnituit post culpá, neq; tñ ilico a pœna sibi a Deo cóminata. In quacunq; die comederis ex eo, morte
Gene.3. morieris, solutus é. Imo post trásgressú diuinú pręceptú, vltra cóminatá mortis pœná, alias supaddidit de⁹, dicés Adę: Quia audisti vocé vxoris tuę, & comedisti d ligno, ex quo pceperá tibi ne comederes, Maledicta terra i ope tuo. In laboribus comedes ex ea cúctis diebus vitę tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terrę. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris i terrá de qua assumptus es: q puluis es, & i pulueré reuerteris. Mulieri quoq; dixit: Multiplicabo erúnas tuas, & ꝯceptus tuos. In dolore paries filios,
Roma.5. & sub viri potestate eris &c. Et sicut oés peccauim⁹ i Adá, Ita oés morimur

in ipso, remissa etiam in baptismo originalis peccati culpa, pro qua mors & aliæ pœnalitates sunt inflictæ.

Dauid post cõmissum adulteriuȝ & homicidiũ, pœnitens dixit ad Nathan: Peccaui domino. Dixitq; Nathan ad illum: Dominus quoq; transtulit peccatum tuũ. Non morieris: Verũtamen filius qui natus est tibi, morte morieẽ. Nec recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternũ. Et consequuta sunt omnia, quę dominus cõminatus fuerat, vt sic humiliaretur a filio scilicet Absalone liquet hoc exẽplo dimissis per pœnitentiam actualibus peccatis pœnitẽtem remanere obligatũ ad pœnas temporales satisfactorias. Quod fusius explicant Gregorius & August. de pœni. distin 1. ca. Si peccatum Dauid, & cap. Sicut primi parentes. 1. Re. 12.

Sunt & alia multa exẽpla, quæ idẽ indicant & probant. Maria soror Moseos, post dimissam in Mosen murmuris culpam, lepra percussa est: nec ilico orante Mose dominũ pro ea vt sana- Num. 12.

retur, mundata est, sed septem diebus iubente domino in poenā peccati, extra castra separata, leprosa permansit.
Num.20. Deus prædixit Mosen & Aaron nō ingressuros, neq; introducturos populum Israeliticum in terrā promissionis, propter peccatum incredulitatis, apud aquam contradictionis, dimisso procul dubio his sanctis viris hoc peccato. Fra
Gene.42. tres Ioseph fatebatur se iuste pati pro flagitio in germanum perpetrato, dicētes inter se: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum &c.
1.Re.2.4 Heli quia filiorū facinora minus q̄ꝫ
2.Re.vlt. debuit, corripuit, cadens de sella retror-
1.Par.21. sum, fractis ceruicibus mortuus est. In-
Ioan.5. dultum Dauidi per misericordiam dei (quā implorabat) piaculum numerati populi, sæuissima pestis comitata est Christus sanato paralytico triginta & octo annos in infirmitate habēti dixit: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat, manifeste innuens hanc in tot annos perseuerantem infirmitatē, non nisi in poe

nam peccati, longe ante (id qđ haud-
quaq; incredibile est) per patientiã in-
firmi & dei misericordiã deleti, inflictã.

Secundum axioma.

Opera satisfactoria, puta oratio, ie-
iunium, eleemosyna & restitutio quæ
confitenti iniunguntur ad pœnitentiæ
sacramentum pertinere, ex sacris literis
manifeste deprehenduntur.

In Leuitico iubet dominus offerri di- Leuit. 4.
uersas hostias, pro diuersis sacerdotis, 5. 6.
principis & populi peccatis.

Cõuertimini ad me in toto corde ve-
stro, in ieiunio & fletu. Daniel cõsuluit Ioel. 2.
Nabuchodonosori, dicẽs: Peccata tua Dan. 4.
eleemosynis redime, & iniquitates tuas
misericordijs pauperum.

Niniuitæ pœnitentes ad Ionæ præ- Ioan. 3.
dicationem, induti saccis ieiunauerunt
vna cum iumentis, orantesq; clamaue-
runt ad dominum. Viditq; Deus ope-
ra eorũ, & misertus est eis. Hos collau-
dans seruator noster Christus, præfert
Iudæis impœnitẽtibus dicens: Viri Ni-
niuitæ surgent in iudicio cum genera- Luc. 11.

tione ista, scilicet obstinatorum non satisfacientium pro delictis suis, & condẽnabunt eam, quia non egerunt poenitentiam ad prædicationem Ionæ.

Matth.3. Luc.3. Ioãnes baptista hortabatur populũ, dicẽs: Facite fructus dignos poenitẽtię.

Mat.11. Christus exprobrabat ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimę virtutes, qa non egissent poenitẽtiam. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida qa si in Tiro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent.

Luc.13. 2.Cor.6. Nisi poenitẽtiam habueritis, omnes similiter peribitis, sicut illi decẽ & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in ieiunijs multis &c. Patet ex nunc adductis, & innumeris alijs scripturæ passibus, satisfactionem vere poenitenti pernecessariã esse. Q͛ etiam eisdẽ scripturis efficaciter ꝓbat͛, quibus Lut. id ĩprobare frustra conat͛.

Obijcit Lutherus.

¶ Ioannes Baptista, missus prædicare

pœnitentiam docuit solum obseruantiam præceptorum Dei, dicens. Nihil amplius quam quod constitutum est vobis, faciatis, nulla de satisfactiõe mẽtione habita. Luc. 3

2 Dominus dicit per Ezechielem: Si conuersus fuerit impius ab impietate sua, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur. Ecce nihil imposuit, nisi iudicium & iustitiam &c. Ezec. 18

3 Micheas dicit: Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat a te. Vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam & ambulare solicitum cum deo tuo &c. Mich. 6

Et corroborat, quia propheta ibidem irridet eos inquit, qui per opera satisfacere volunt, dicens: Quid dignuz offeram domino? Nunquid ei offerã holocaustomata, & vitulos anniculos? Nũquid placari potest in milibus arietum aut in multis milibus hircoruz &c. quasi diceret: Non. Idem

4 Christus per passionẽ suam & mortem satisfecit pro peccatis nostris. At

passio Christi sufficiens erat non solũ
Esaie. 53. pro peccatis amouendis, sed etiã pœ-
nis delendis. Languores enim nostros
ipse tulit, ait Propheta, & dolores no-
stros ipse portauit, ergo &c.

Respondent Catholici.

De. 1. Negamus primo, Ioannẽ non do-
cuisse satisfactionem. Indixit quippe
eleemosynam, quam ad satisfactionẽ
pertinere nemo dubitat catholicus, di-
cens: Qui habet duas tunicas, det nõ
habenti: & qui escas habet, similiter fa-
ciat. Imo baptizati a Ioanne confite-
bantur peccata sua, vt secundum qua
litatem peccatorum, eis pœnitentia de
terminaretur. Vnde docuit dignos fa-
cere fructus pœnitẽtiæ, qui fructus ita
que per opera satisfatoria. Mẽtitur igi-
tur Lutherus, Ioannem non nisi præce
ptorum obseruantiam imposuisse.

2 Esto, ꝙ Ioannes non docuerit satis-
factionem, non tamen sequitur ex hoc
ꝙ satisfactio non sit tertia pars pœni-
tentiæ. Nihil enim legitur de præceptis
fortitudinis, temperantiæ, & humilita-

sis expressisse militibus, sed solum pau ca particularia iustitiæ præcepta, non tamē inde sequitur huiusmodi pcepta esse nulla, quæ postmodū Christus prę dicauit & docuit, sicut & pœnitentiam docuit in cilicio & cinere agendam.

3 Dicimus, ꝙ Ioannes prædicauit nō absolute pœnitentiam, sed baptismuȝ pœnitentiæ, non suum, sed Christi in remissionem peccatoruȝ. Ideo nō de beat a se baptizatis & postmodū Christi baptismate (in quo simul remittitur & culpa & pœna) baptizandis, expressiorē de satisfactione facere mētionē.

In verbis prophetæ nihil aliud polli cetur quam vita gratiæ, ad quam asse quendam & si non præexigatur satisfa tio in re, præexigitur tamen in voto & proposito, & necessario sequitur ad asse quutam gratiæ vitam conseruandam. De e.s. dicitur.3.2.& Secundo dicimus, ꝙ in hoc verbo pro phetę potius includitur quam excludi tur, satisfactio. Non enim pœnitentia dumtaxat iustitiam (quę in bonis ope ribus est) comprehendit, sed etiam iusti

tiam punitiuam seu vindicatiuam con
De vera & falsa pe. capi. 19. ha. & pe. dist. 3.
cernit. Pœnitere eum (docēte Augu
stino) est pœnam tenere, vt semper pu
niat in se vlciscendo, quod commisit
peccando &c. Et ita iudicium & iusti
tia in se continent satisfactionem. Ter
tio dicimus, q si etiam in hoc prophe
tæ verbo non exprimeretur satisfactio
non tn̄ sequitur, ergo satisfactio non
est, aut propheta fefellit nos, vt Luthe
rus infert. Quandoquidem quod vno
loco in scripturis non exprimitur, alibi
abunde depromitur. Propheta enim
hoc loco solam iustitiaȝ exprimit, nihil
de fortitudine, temperātia aut castimo
nia loquens, quę tamē alijs in locis po
nuntur ac præcipiuntur.

De. 1. dici mr. 2. 1.
Michæas his in verbis non secludit,
quin potius includit opera satisfacto
ria. Nempe per iudicium intelligitur se
uera suiipsius condemnatio, per dilige
re misericordiam, eleemosynæ ac pieta
tis opera ex charitate in pauperes exer
cenda: & per ambulare solicitum cum
deo, prętceptoꝝ diuinorum obseruātia,

Concordat Augu. dicens: In hac pœnitentia, maiorem in se quisq; seueritatem debet exercere, vt a seipso iudicatus, non iudicetur a domino. Vnde ꝑ se Apostolus ait: Si nosmetipsos iudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Dicimus secundo, ꝙ si per hæc non accipiantur opera satisfactoria, tunc quidem sufficiunt ad vitam gratis, ad pœnas autem remanentes indulta culpa euadendas, nequaquam. Nō igitur his scripturis tollitur neq; negatur, quin potiꝰ stabilitur & roboratur satisfactio. De pœnit. medicina cap. 2.

Neq; Michæas irridet eos qui Deo per bona opera satisfacere volunt, sed vult ꝙ sacrificia & holocaustomata animalium non sufficiebant nec valebant ad deletionem peccatorum. Impossibile enim erat sanguine hircorum & vitulorum auferri peccata. Et quod in seipsis grata non erant, neq; accepta Deo, Ait enim per Prophetam: Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & hyrcorum & agnorū nolui. Volebat tamen, imo Heb. 10. Esa. 1. distin. 22. q. 103. ar. 2. in corp.

& præcipiebat hæc sibi offerri etiam ꝓ peccatis, non quia ipsa sacrificia a peccatis emundarent, sed quia erant quædã protestationes fidei de Christo passuro, quæ a peccatis mundabat. Et hoc etiam ipsa lex innuit ex modo loquendi. Dicitur enim, quod in oblatione hostiarum pro peccato, orabit pro eo sacerdos & dimittitur ei, quasi peccatum dimittatur, non ex vi sacrificiorum, sed ex fide & deuotione offerentium.

Leui. 4.6

De. 4. di. 3. p. p. 83 arg. 4. 3.

Passio Christi de sufficiẽs est, ad tollendum omnem reatum poenæ, non solum æternæ, sed etiam temporalis, & secundum modum quo homo participat virtutem passionis Christi, percipit etiam absolutionem a reatu poenæ. In baptismo autem homo participat totaliter virtutem passionis Christi (vtpote per aquam & spiritũ sanctum, Christo commortuus peccato, & in eo regeneratus ad nouam vitam). Et ideo in baptismo homo consequitur remissionem reatus totius poenæ. In poenitentia vero cõsequitur virtutem passionis

Christi secundum modum propriorũ actuum, qui sunt materia pœnitentiæ. Vnde Apostolus hortatur pœnitentes dicens: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatem, Ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Et Propheta: Sicut fuit sensus vester vt erraretis a Deo, decies tantum iterum conuertentes, requiretis eum. Et ideo non statim per primum actum pœnitentiæ quo remittitur culpa soluitur reatus pœnæ, sed completis omnibus pœnitentiæ partibus. Fatemur tamen, tantam quempiam posse habere contritionem, vt omnem simul deleat culpam & pœnam. Sed paucis admodum hoc donatũ est, nec certum cui donetur. Roma. 6 Baruc. 4

Et si obijciatur Augustinus dicit libro de pœnitentia: Nunquam dominus aliquem sanauit, quem non omnino liberauit: totum enim hominem sanauit in sabbato, quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni conta De pœ. di stin. 8. ca. Sunt plures.

gione, ergo videtur ꝙ remissa culpa, simul etiam remittatur omnis pœna.

Dicendum, ꝙ Deus totum hominem perfecte curat, sed quandoq; subito: sicut socrum Petri statim restituit perfectæ sanitati, ita vt surgés, ministraret illis. Quandoq; autem successiue, sicut illuminatus a domino, primo restitutus est ad imperfectum visum. vnde ait: Video homines velut arbores ambulantes. Deinde restitutus est perfecte, ita vt videret clare omnia. Et ita etiam spiritualiter quandoq; tanta cõmotione conuertit cor hominis, vt subito perfecte cõsequatur sanitatem spiritualem, non solum remissa culpa. sed sublatis omnibus peccati reliquijs, vt patet de Magdalena. Quando autem prius remittit culpam per gratiam operantem, & postea per gratiam cooperátem successiue tollit reatum pœnæ & alias peccatorum reliquias. Non habetur igitur ex facto christi, ꝙ remissa culpa, simul remittatur omnis pœna, sed magis contrarium &c.

Luc.4.

Mar.8.

DE EV-

DE EVCHARISTIA

Sub vtraq; ſpecie. Cap. X.

Sufficere laicis alteram ſpeciem, oſtenditur.

Hic eſt panis qui de cœlo deſcen- dit, vt ſi quis manducauerit ex eo, non moriatur. Panis verus eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitã mundo. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Et panis quẽ ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita. Ecce ſolius panis meminit. Ioan. 6.

Euntibus diſcipulis duobus in Emaus, ſub ſola ſpecie panis dedit eis Chriſtus ſacramentũ, ſecundum Aug. li. 3. de conſenſu Euangeliſtarum, & Chryſoſtomus ſuper Matthæum. Luc. 24.

Panem noſtrum ſuperſubſtantialẽ da nobis hodie, oramus quotidie. Mat. 6.

Erant perſeuerãtes in doctrina apoſtolorum, & cõmunicatione fractionis panis & orationibus. Act. 2.

Paſcha noſtrum imolatus eſt Chriſtus: itaq; epulemur in azimis ſynceri- 1. Cor. 5.

tatis & veritatis.

Patet ꝙ vbiq; solum fit mentio panis, nulla vini, Ambro. Hierony. Euse. Benedic. morituri cõmunicauerunt solum sub specie panis: & feria sexta sancta sacerdotes cõmunicant solum sub specie panis, in cuius figuram dominus
1. Reg. 2. prædixit de posteris Hely, vt quicunq; venerit ad sacerdotem, ei dicat, dimitte me obsecro ad vnã partem sacerdotalem vt comedam buccellam panis.
1. Cor. 10 Vnus panis, vnum corpus: multi sumus omnes qui ex eodem pane participamus. Et ita constituit sacra Cõstantiensis synodus. Ambrosius loquẽs de cõmunicatione laicorũ libro de sacramentis, non meminit nisi panis. Ignatius in epistolam ad Ephesios inquit: Obedientes episcopo & presbytero, im preuaricabili sensu frangentes panem, qui est medicamentũ immortalitatis, antidotum nõ moriendi, sed viuendi. Ecce nõ meminit vini. Greg. lib. 3. Dialogo refert de S. Agapeto, quõ mutuũ & claudum porrectione dñici corporis

satiauit, nulla habita vini mentione.

Concilium Remése prohibet, ne laici portent sacramentũ corporis ad infirmos: nulla fit mentio specierum vini, De conf. di. 2. cap. per can. pres.

Sic præcipitur de eucharistia panis, vt sacerdos semper habeat paratã: de vino nihil præcipitur. Et est ꝯcilij Guarmatiensis.

In cõcilio Sardiensi, Osius prohibet quibusdam temerarijs, vt ne laicam cõmunionem percipiant, nisi pœniteant in fine. Et quæ est laica cõmunio, nisi Eucharistiæ sub specie panis sumptio? Epis. cor. Cap. 2. de elect. Li. di. si eps.

Simile constituitur in concilio Agatensi, de sacerdote criminoso, qui trusus in monasterium, laicam tantũ sumat communionem.

Obijciunt hæretici.

1 Christus instituit sub vtraq; specie, & cõmunicauit apostolis sub vtraq; specie: & mandatum dedit oĩbus dicens: Bibite ex hoc omnes.

2 In primitiua ecclesia cõmunicabant sub vtraq; specie sicut ꝓbatur per Cyprianũ tractatu de lapsis, vbi diaconus

sacramentum calicis puellæ infudit.

3 Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

4 Sacramētum totum debet dari laicis, alioquin qua ratione priuati sunt iam laici calice, eadem ratione ecclesia posset eos ab Eucharistia coercere.

5 Omnes fatentur sacerdotē sub pœna peccati debere communicare sub vtraque specie: & cur non peccant laici id obmittentes?

Respondent Catholici.

De.1. Concedimus, Christum consecrantem instituisse sacramētum sub vtraque specie & dedisse apostolis sub vtraque specie, qui iam erāt sacerdotes, ideo hodie sacerdos celebrans sumit sub vtraque specie: sed quid hæc ad laicos? Et bibite omnes, est dictum apostolis & sacerdotibus, qui hoc faciūt, id est, cōsecrant in Christi cōmemorationem. Nam alij non interfuerāt nisi apostoli, vt ex euāgelio liquet. Idem Mar. ait: Et biberūt ex eo oēs, quod de laicis falsum esset,

Mar. 14.

Fatemur hūc vſum fuiſſe in primitiua eccleſia, nec tamē vniuerſalis fuit vſus, vt patet ex Actis.2.cap. At ab ecclefia mutatum. Primo quia penſata multitudine populi, vbi ſunt ſenes, iuuenes, debiles, ſi non adhiberent debitam cautionem, fieret iniuria ſacramento, per effuſionem liquidi. Secundo, in tanta multitudine, quo vaſe cōmode contineretur ſacramentum vini, & ſine effuſione promeretur. Tertio, nō facile ſacramentū vini conſeruari poſſet pro infirmis, quia aceſſit, putreſcit mouens nauſeam vel vomitum ſumentibus. Quarto, ſine periculo effuſionis nō facile poſſet deferri de loco in locum pro infirmis. Quinto, cōtingeret alioquin, ſacramento digniſſimo ſummam fieri irreuerentiam. Sexto, rem miraculis teſtatam refert Alexander de Ales, quod cum religioſi inſtarent pro ſumptione ſub vtraq; ſpecie, dum ſacerdos eſſet in actione ſacramēti, apparuit patina plena ſanguine. Quod videntes religioſi, obſtupuerunt. Quo ſigno petitio corū

cessauit. Porro credendum est, a primi-
tiua ecclesia incœpisse laicos cõmuni-
care sub altera specie, & quod sit vnũ,
quod veniat ex traditione apostolorũ.

De. III. Quia initiũ huius mõstrare nemo põt.

Ioan. 6. Quia manducatio sacramẽtalis exi
git spiritalem verba quę ego loquutus
sum, spiritus & vita sunt, vnde sub qua
libet specie est totus Christus, corpore
& sanguine. Ideo laicus sub specie pa-
nis bibit sanguinem, sed nõ sub specie
ꝓpria, sed sub specie panis. Porro Chri
stus solum agit de incorporatione no-
stra in ipsum, quod cõmunio corporis
satis indicat, ideo ad hoc sacramẽtum
hic oculus non est habendus.

De. IIII. Quod ex caussa ecclesia nõ dat aliã
speciem, potuit ecclesia, quia non mi-
nus est sub vtraq; specie q̃ duabus, &
tantum fructum percipit de vna specie
sicut de alia. At ecclesia fideles non dz
spoliare fructu sacramenti ex integro.

De. V. Consecrans, vtraq; speciem ꝯsecrat,
quia agitur representatio dominicę pas
sionis, ideo corp⁹ & sanguis simul sub

vtraq; specie consecrantur, & sacerdos in persona totius populi offert & sumit sub vtraq; specie: in cuius persona totus populus quadã spiritali sumptione sanguinem Christi bibere, gaudenter debet credere.

DE MATRIMOnio. Cap. XI. Matrimonium esse sacramentum, ostenditur.

Ephe. 5.

MVlieres viris suis subditæ sint, sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus est caput ecclesiæ: ipse saluator corporis sui. Infra: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autẽ dico in Christo & in ecclesia. Hic aperte pronuntiat sacramentum, quia coniunctionem viri & vxoris, & ostendit cuius rei sacræ sit signu; quia Christi & ecclesiæ. Et ne credas solũ per similitudinem adductum, ostendit verum esse sacramentũ, a primo prophe-

ca pronuntiatum.

Heb.13. Honorabile connubiū in omnibus thorus imaculatus. Macula nō careret thorus, si non esset gratia sacramenti.

1.Tim.3. Saluabitur autem per filiorum generationem, si manserit in fide & dilectione. Sine gratia generare filios, esset plus damnatio q̃ saluatio.

1.Cor.7. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cu3 illo, non dimittat illam: & si qua mulier fidelis virum habet infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat illum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, alioquin filii vestri immundi essent; nūc autem sancti, scilicet per sacramentum.

Gene.1. Probabile est benedictionem, qua3 dedit deus Adæ & Euæ, non fuisse sine gratia.

August. Non tantum fœcunditas, cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia; cuius vinculum est fides, verumetiam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus,

Obiiciunt hæretici.

1 Ad Ephe.5.vbi Apostolus dicit matrimonium sacramentum,in Græco legitur mysterium.

2 Nec dicit absolute,matrimonium esse sacramentum magnum,sed in Christo & in ecclesia.

Respondet Christianus.

Fatemur matrimonium esse mysterium,sed qua temeritate infert. Itaq; non est sacramentum,cum omnia sacramenta sint mysteria,& Græci appellant sacramenta in cōmuni mysteria. De.1.

Matrimonium est magnum sacramentu; in Christo & in ecclesia,at per hoc non poterit probare hæreticus,vt sic minus sit sacramentum : nam hic explicat Apostolus, quomodo sit rei sacræ signum, non solum gratiæ, sed etiam vnionis Christi & ecclesiæ. De.2.

DE EXTREMA vnctione. Cap. 12.

Vnctio extrema sacramētum est in ecclesia Dei,a. S. Iacobo ꝓmulgatū,

Iaco. 5. INfirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, remittetur ei.

Marc. 6. Apostoli vngebant oleo multos ægros, & sanabantur.

Hic est materia scilicet vnctio olei .s. oliuæ, quod proprie oleū dicitur. Alij enim liquores ex similitudine ad ipsū, olei nomen accipiunt forma, quia cū oratiōe, & effectus scilicet remissio peccatorum. Est ergo sacramentum quia signum sensibile, sacræ rei signum. Nā ad quid aliud fieret vnctio? Dionysi⁹ determinat eam capi. 7. de ecclesiastica Hierarchia, & Hugo de. S. Victore.

Augu. lib. 2. de visitatione infirmorū docet infirmum debere confiteri, cōicare & vnctionem sumere. Ait eni: Nec prætermitendum est illud Apostoli Iacobi præceptū. Infirmatur quis in vobis &c. Ergo si roges de te & pro te fierī sicut dixit Apostolus Iacobus, imo p

Apoſtolum ſuum dominus. Ipſa videlicet olei ſacrati delibutio, itelligitur ſpiritusſancti typica vnctio.

Auguſt. de rectitudine catholicæ cõuerſationis dicit. Qui ægrotat, in ſola Dei miſericordia confidat, & Euchariſtiã cum fide & deuotione accipiat, oleumq; benedictum fideliter ab eccleſia petat, vnde corpus ſuum vngatur.

Obijcit hæreticus.

1 Apoſtolus non poteſt ſacramẽtum inſtituere.

2 Porro dubitatur de authoritate illi⁹ Epiſtolæ.

Reſpondet Catholicus.

Non videtur abſonum Apoſtolum authoritate Christi & iuſſu ſpiritusſancti, inſtituere ſacramentum. At ſi etiã Chriſtus illud inſtituit, tamen Iacobus promulgauit. De. 1.

Et ſi aliquando dubitatum fuerit de illa epl'a, an ab alio fuerit perſcripta q̃ Iacobo, tamẽ canonicam obtinuit authoritatem, Hieronymo teſte, & prima ponitur in Canonicis ante Petri. Ioan De. 2.

nis & Iudæ epistolas Quod si ecclesiā non audis hanc epistolam approbantem, iam omnia erunt incerta. Quia huiusmodi temerarius, etiam negaret Epistolas Pauli.

DE HVMANIS constitutionibus. Capi.13.

Probans axiomata duo.

Axioma primum.

Humana constitutio, Conciliorum & Pontificum, seruanda.

Luc. 10. QVi vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui āt me spernit, spnit eū q me misit.

* Ex hac authoritate Lucę clarius liquet, ꝙ Christum & Euangelium spernit, qui Ecclesiæ prælatos & ecclesiasticas constitutiones contēnit. Hinc Apostolus Thessalo. scribens, ait: Scitis quę
1.Thes. 4 præcepta dederim vobis per dominuȝ Iesum Christum. Et post: Itaq; qui hęc spernit, non hominem spernit, sed Deū qui etiaȝ dedit spiritum sanctum in no
Exod. 16. bis, Vnde Moses contra se & Aaron

murmuranti pplo dixit: Audiui murmur vestrum cōtra dominum. Et paucis interiectis verbis, addidit: Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. Ita ex opposito, qui ecclesiasticis morem gerit rectorib⁹, & ipsi Deo obedit, iuxta illud dictum. Qui nouit Deum audit nos: qui non est ex deo non audit nos. Per hoc cognoscimus spiritum veritatis & erroris. Constitutiones igit ecclesiasticæ non sunt tantum humanæ leges, sed etiam diuinæ, tum quia authoritate diuina a patribus constitutæ, tum quia secundum scripturas diuinas, tum quia ad diuinum honorē, ecclesiæ dignitatem & decus, diuinæq; legis faciliorem impletionem & animarum salutem. Vnde ligant in foro conscientiæ, ita vt earum contemptores & transgressores obnoxios faciant æternę dānationis, iuxta illud Apostoli: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi a Deo. Quæ autem sunt, a Deo ordi-

1. Ioa. 4

Rom. 13

nata sunt. Itaq; q resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui aūt resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Idez intellige de legibus siue constitutionibus ciuilibus iustis.

Titū.3. Admone illos pñcipibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. Subiecti estote omni creaturæ, siue regi quasi præcellēti, siue ducibus tanquā ab eo missis: & post: Ser

1. Petr.2. ui, subditi estote in omni timore domi nis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis: quoniam sic est voluntas Dei.

Posse homines statuere, indicāt Apostoli prohibentes ab immolatis idolorum, sanguine, & suffocato, indicat Paulus, qui tot leges dedit de constituēdis episcopis, de viduis, de mulieribus velandis, vt non prædicēt mulieres, de non deserendo cōiuge infideli. Et Paulus homo fuit. Act.14.

2. Thes.2. Itaq; fratres state & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem siue per epistolam nostram.

Imo semper licuit sacerdotibus & p̄sbyteris statuere. Deut. 12. prohibet dominus ne erigatur altare nisi vbi sit archa foederis: tamen Samuel existente templo in Sylo, erexit lapidem in Masphat. Et Helias erexit in monte Carmelo, Deute. 17. Si iudicium ambiguum fuerit. Supra loco. I. 1. Reg. 7. 3. Reg. 17.

Supra cathedram Mosi sederūt scribæ & pharisæi, quæ dicunt, facite. Matt. 23.

Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Mat. 18.

Quicūq; perfecti sumus hoc sentiamus, & si qd aliter sapitis, & hoc vobis reuelabit deus. Ecce quod ecclesia statuit in honorem Dei, hoc Deo reuelante facit. Phili. 3.

Laudo vos fratres, q̄ p omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis pręcepta mea tenetis. Nō autem tradidit eis omnia in scriptis, vt supra & huiusmodi præcepta tradita in primitiua ecclesia, scripta & nō scripta, testatur Dionysius. I. de ecclesiastica hierarchia. 1. Cor. 11.

Secundum Axioma.

Ecclesiasticæ consuetudines, ritus & ceremoniæ, æque sunt obseruandæ atque leges diuinæ.

ff. de leg. l. diurna. & l. imo. Manifestatur primo a simili. Cõsuetudo in ciuilibus habet vim legis, cur non in vsibus ecclesiæ? Quia consuetudo ecclesiæ valet contra ꝯtentiosos.

1. Cor. 11 Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neq; ecclesia dei. Super quo ait Hieronymus: Apostolum, cum præcepisset mulierem orare velato capite, præuenit obiectio, qua quispiam ei dixisset: Vbi scriptum est? per hoc quod allegat consuetudinem.

2. Pe. 3. Venient in nouissimis temporibus illusores iuxta proprias cõcupiscentias ambulantes. Hoc faciunt hæretici, qui non secundum statuta patrum viuunt sed secundum propria desideria.

Hæretici sunt Chamitæ deridentes nuditatẽ matris Ecclesiæ, quia sine expresso textu scripturæ præcipiat.

Philip. 4 Fratres, quæcunq; sunt vera, quæcũq; pudica, quæcunq; amabilia, quæcũque bonæ

que bonæ famę, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis & vidistis in me. Huiusmodi aũt sunt constitutiones ecclesiæ, quare sunt seruandæ.

Perambulabat. s. Paulus cũ Sila, Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesias, præcipiens custodire pręcepta Apostolorum & seniorum. Act. 15.

Cum pertransirent Paulus, Silas & Timotheus ciuitates, tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus, qui erant Hierosolymis. Pondera decreta, quod non erat solũ decretũ de cessatiõe legaliũ. Act. 16.

Christus non solum dedit potestatẽ plantandi ecclesiam per prædicationẽ sed etiã regendi, modo illa includit potestatem faciẽdi statuta, pro salutari regimine, siue quibus hic non viuit &c. Attendite igitur vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei. Act. 20.

Policarpus ad Philip. Subiecti estote presbyteris & diaconis sicut Deo. Et

Chrysost. Hierony. ad Lucinium: Traditiones ecclesiasticæ obseruādæ sunt, vt a maioribus traditæ sunt. Vnaquæq; prouincia sensu suo abundet, & præcepta maiorū; leges apostolicas arbitret.

Extant multi canones in decretis super illa re, ex verbis Augu. c. ecclesiasticarum. c. in his. c. catholica. cum similibus. distin. xi.

Heb. 13. Obedite præpositis vestris & subiacete eis, ipsi enim reddituri sunt rationē
2. Cor. 14 pro animabus vestris. Omnia enim secundum ordinem fiant in vobis, ordo autem requirit legem.

Ad Titū Paulus multas leges dedit præter E-
Ad Tim. uangelium, de eligendo episcopo, de viduis, de mulieribus velādis, vt tace-
1. The. 4 ant in ecclesia &c. Etiam de rebus pro-
1. Cor. 6. phanis ad Thessalo. & secularibus iudicijs ad Corinthios.

Obiiciunt Hæretici.

Mat. 7. 1 Frustra me colunt docentes doctrinas & præcepta hominum.
Deu. 4. 12 Non addetis ad verbum qđ loquor
Apoc. vl 2 vobis, nec auferetis ex eo,
timo

3 Empti estis pretio, nolite fieri serui hominem. 1.Cor.7.

4 Si spū ducimini, non estis sub lege. Gala. 5.

5 Iusto non est lex posita. 1.Tim. 1.

6 Lex iram operatur. Rom. 4.

7 Vbi spiritus domini, ibi libertas. 2.Cor. 3.

8 Qua libertate Christ⁹ nos liberauit. Gala. 4.

Respondent Catholici.

Christum non improbasse traditio- De. 2.
nes hominum simpliciter, sed quas fa- Mar.7.
ciebant cōtrarias legi diuinæ, aut relin
quebant legem diuinam, quia vbi su-
pra sequitur. Relinquentes enim man
data Dei, tenetis traditiones hominum
& dicebat illis: Bene irritum fecistis præ
ceptum Dei, vt traditionē vestram ser
uetis. Sicut ibi declarat, & apud Mat- Mat. 15.
thæum explicat Paulus. Non intendē
tes mandatis hominum auersantium Ad tit. 1.
veritatem.

✻ Hinc væ æternæ dānationis cōmi-
natur dominus condentibus huiusmo Esai. 10.
di traditiones impias. Væ inquit, per p
phetam qui condunt leges iniquas, &
scribentes iniustitias, scripserunt vt op-

primerent in iudicio pauperes, & vim facerent caussæ humilium populi mei vt essent viduæ prædæ eorum & pupillos deciperent &c. Constitutiones vero ecclesiæ, augent cultum diuinum, concupiscentiam carnis coercent, & ad seruanda diuina præcepta expeditiorem faciunt, ac fraternam charitatē augēt.

De. 12. Nihil addendum est scripturæ qđ corrumpat aut deprauet ipsaʒ, aut qđ dicatur esse de integritate sacræ scripturæ, secus quando promouet ea quæ in sacris literis sunt mandata vel consulta, nam constitutiones ecclesiæ, & si non sunt in scriptura in ꝓpria forma, tamen emanant ex ea.

Prou. 30. * Hæc solutio corroboratur ex scriptura vbi dicit. Omnis sermo dei ignitus clypeus est sperātibus in se. Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisq; mendax, ex qua auctoritate claret, ꝙ non prohibetur simpliciter omnis additio, sed solum additio falsa & mendax. Qui enim false & mendaciter addiderint vel detraxerint scriptu-

ræ,eam deprauando, corrumpendo, adulterando,torquẽdo(id qđ faciunt hæretici)his comminantur plagæ diuinæ. Si quis,inqt,apposuerit ad hæc apponet Deus super illũ plagas scriptas in libro isto. His vero qui addũt vel apponunt exponendo,declarãdo aut interpretando scripturas,leges aut constitutiones ad diuinum honorem, ecclesiæ decorem,& animarum salutem cõdendo (propter quod etiam Christus alios voluit esse doctores in ecclesia,alios Apostolos,alios Euangelistas, alios pastores.Et alij dantur genera linguarum,alii interpretatio sermonum)promittitur æternæ vitæ præmium. Qui operantur (ait ipsa æterna sapientia) in me,non peccabunt,& qui elucidant me vitam ęternam habebunt.Et alibi. Qui docti fuerint fulgebũt quasi splẽdor firmamenti,& qui ad iustitiam erudiunt multos,quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Apoc. vlti.

Ephe. 4. 1.Cor.12.

Eccl. 24. Dani.12.

Acutius soluitur quod ibi prohibentur Tikun Zofrim & illam solutionem

credo veram, vide in Procheto & Galatino.

Pr. 3. Non debent fieri serui hominum, faciendo schismata, vt vnus sit Cephę, alter Apollo.

Pr. 4. Qui aguntur perfecte spiritu, non sunt sub lege Mosaica, aut coerciua, egent tamen lege directiua: sicut Adá habuit legem in paradiso.

Pr. 5. Gal. 5. Iusto perfecta charitate, qui totus regitur spiritu diuino, non est lex posita, pro ea parte qua est iustus, sed quia caro concupiscit aduersus spiritum pro ea parte habet legem reformantem. Vel dic vt de quarto.

Pr. 6. Lex Mosaica iram operatur, si non adiuuamur a gratia, gratia autez & veritas per Iesum Christum.

Pr. 7. Rom. 13. Libertas Euangelica sicut non excludit potestatem & obedientiaz superioris ita nec eius statuta, sed libertas illa opponitur seruituti legis mosaicæ & seruituti peccati. Ideo est solum libertas in spiritu, quia non seruit peccatis, & quia ipsa libertas promouet bonuz,

non excludit constitutiones & ecclesiæ praecepta; quæ similiter promouent bo num, vt testatur Paulus. Vos in liberta tem vocati estis fratres tantum ne liber tatem in occasionem detis carnis, sed p charitatem spiritus seruite inuicem. Et Petrus. Quasi liberi, & non quasi vela men habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Idem. Qui. s. hæretici in errore conuersantur libertatem illis pro mittentes, cum ipsi serui sint corruptio nis. Hoc beati Petri verbum impletuȝ videmus in priapistis Lutheranis om nis spurcitiæ & immunditiæ seruis, hāc impiam & diabolicam seruitutē, liber tatem Euangelicam mentientes, Por ro in sacris sæpe cōmendatur libertas ab onerosa illa lege Mosaica Paulus. Nō estis sub lege, sed sub gratia. Infra. Lex in homine dominatur quanto tē pore viuit, itaq; fratres mortificati estis legi per corpus Christi. Nō iustificatur homo ex operibus legis, lex pædago gus noster fuit in Christo Iesu. Et qui cunq; ex operibus legis sunt, sub male

Gala. 5. 1. Pet. 2. 2. Pet. 2. Rom. 6. Gala. 2.

dicto sunt. State & nolite iterum iugo
Gala. 5. seruitutis contineri. Si circuncidimini,
Gala. 4. Christus nihil vobis proderit. Ideo abla
tæ sunt neomeniæ, sabbata, baptisma-
ta &c. Quomodo conuertimini iterū
ad infirma & egena elementa? quibus
denuo seruire vultis, dies obseruatis &
Ephe. 2. menses & tēpora & annos. Ipse enim
est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum &
medium parietem maceriæ, soluens ini
micitias in carne sua, legem mandato
Colos. 2. rum decretis euacuans. Nemo vos iudi
cet in vllo cibo, aut potu, aut in parte
diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorū
quæ sunt vmbra futurorū, idem in Epi
sto. ad Hebre. & Act. 15.

* Est igitur Christiana seu Euāgelica
Rom. 6. 7. 8. libertas non aliud q̄ (vt Paulo placet)
Gala. 4. redemptio seu absolutio a seruitute le-
Joan. 8. gis & peccati p Iesum Xp̄m facta, qua
addicti deo & iustitiæ, filiorū adoptio-
nem recipimus. De hac libertate salua-
tor dixit Iudæis. Si filius vos liberaue-
rit, veri liberi eritis. Vide ibidem Augu
stinum.

DE FESTIS ET IEiunijs, Nō esu carniū, & gradibus consanguinitatis. Cap. xiiij.

Prima ratio de obseruatione festoꝝ. Vnum diem in septimana deo consecratū est omnibus obuium.

IN lege Mosi adhuc instituit Deus alia festa. Tribus vicibus per singulos ānos mihi festa celebrabitis azymorum primitiuorū & frugum. Et infra. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram dn̄o deo tuo. s. Paschæ, Pentecostæ, & Scenopegioꝝ. Exo. 23. Ibidem.

* Habes hoc loco Iudæorū peregrinationem, & ex ea & in ea fundatā peregrinationem Christianorum Mense septimo prima dies mensis erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis & vocabitur sanctū. Infra. Decimo die mēsis huius septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabit̄ sanctus. Infra. A quintodecimo die mensis huius septimi erunt feriæ tabernaculorum septem diebus. Leui. 23.

Num.28. In Calendis autem, id est, mensium exordiis, offeretis holocaustum dño.

1.Mac.4 Et fecerunt dedicationez altaris diebus octo.

Ioan. 10 Expende Encenia a Machabæo instituta, tamen a Christo obseruata. Colligamus festos dies Iudæorum præter sabbata, septem dies azymorũ paschæ, vnum pentecostes, vnum tubarũ, vnũ expiationis (qui erat in capite anni) septem tabernaculorũ seu Scenopegia, septem Enceniorum seu luminum aut dedicationis, Neomenias seu lunationes habebant dies. xij. in Embolismali xiij. collecti dies faciunt. xxxv. vbi tantum tria sabbata intercurrunt. Cũ aũt maiora receperimus beneficia a Deo per Euangelium, quã Iudæi sub lege, cur non plures etiam dies agendi gratias haberemus? * vel hos maxime q

1.Cor.10 fuerũt in veteri lege, (quę figuralis erat

Heb.10. & vmbratica vt in noua lege adimplẽda) pręfigurati. Proinde & veritas figuram adimpleat, necessum est, vt hos dies festos celebret ecclesia. Vnde festo-

paschæ legalis succedit in noua lege festum passionis & resurrectionis Christi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus festo pētecostes in quo data fuit lex vetus, succedit festū pētecostes in quo data fuit lex spūs vitę. Festo Neomenię festū gloriosæ virginis Mariæ, in qua primo apparuit illuminatio solis. i. Christi per copiam gratiæ. Festo tubarum succedunt festa apostolorū quorum prædicationis sonus exiuit in omnem orbem terrarum. Festo expiationis succedunt festa martyrū & confessorum. Festo tabernaculorum succedit festū consecrationis ecclesiæ. Festo cetus atq; collectæ succedit festū angelorum, vel etiam festum omnium sanctorum: Liquet itaq; ex his q̄; rationabiliter, imo q̄; sancte & iuste dies festos in memoriam exhibitorū beneficiorū obseruat & celebrat ecclesia christiana, neq; vnum æque atq; alium (id quod blaterant stolidi Lutherani) obseruandum docet diem aut tempus quando quidem non eadem est ratio celebrādi

1. Cor. 5.
Act. 2.

vnius diei festi quæ alterius quoniã nõ eadẽ, sed diuersa recoluntur beneficia.

Festum diem.s. Laurentij celebrant Hipponeñ. Aug.tracta.27.sup Ioan.

Gene.2. Exo.20. Num.15. Apoc.1.

Sabbatum est multipliciter a Deo præceptũ nec in euangelio nec in Paulo definitum est cessasse sabbatũ, attamen ecclesia instituit diem dominicuȝ per traditiones apostolorũ sine scriptura. Dominicæ diei meminit Ioãnes dicens: Fui in spiritu in dñica die. Meminit & eiusdẽ diei suus discipulus Ignatius ac Philippus in fine Hierony. de dominica paschæ, vniuersa sabbati gratia, & antiqua illa festiuitas Iudæorum diei istius solennitate mutata est.

✱ Mutatum est autem sabbatum q̃d significat primam creationem in diem dominicũ in quo cõmemoratur, noua creatura inchoata in resurrectione christi, vnde Augu. ad inquisitiones Ianuarij. Dies dñicus non Iudæis, sed Christianis, resurrectione dñi declarat⁹ est, & ex illa cœpit habere festiuitatẽ suã.

Augustinus contra Faustum lib.19.

Cum quæris sabbati otium cur nõ obseruat Christianus? Respondeo. Imo id propterea nõ obseruat Christianus, quia quod figura profitebatur, iam Christus impleuit, plura de his Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Gregorius ad Romanos.

De ciborũ delectu, scđa ꝓpositio.

Ecclesia licite prohibet certos cibos, certo tempore.

Abstineatis vos ab immolatis simulachrorũ, & sanguine, & suffocato. Act. 15.

Quæ pacis sunt sectemur, & q̃ ædificationis sunt inuicem custodiamus, noli propter escam destruere opus dei, omnia quidem munda sunt, sed malũ est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut infirmatur, aut scandalizatur. Rom. 14.

Si esca scandalizat fratrem meũ, nõ manducabo carnem in æternũ, ne fratrem meum scandalizem. 1. Cor. 8.

Caro & vinum non introierũt in os meum. Dan. 10.

De cõse. d.2.ca. de esu carnium. Leo papa.4 dicit vetustissimã esse consuetudinem abstinendi a carnibus 4.&.6.ferijs. Et ex Hierony.colligitur

Phili.4. super epist.ad Gala. & Ignatius testat S.Ioannis euangelistæ discipulus.

De ieiuniorum ratione,tertia propositio.

De ieiunio idem liquet rem esse sanctam propter corporis macerationem, spiritus pertinacis expulsioné, diuinæ gratiæ implorationem, & Christi ieiunantis imitationem.

Psal.108 Genua mea infirmata sunt a ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum.

Mat.9. Luc.5. Nunquid possunt filij spõsi lugere, quádiu cum illis est sponsus? Venient autem dies,cum auferetur ab eis sponsus,& tunc ieiunabunt. Illud opere im

Act.13. pleuerunt apostoli. Ministrãtibus illis domino & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi &c.

Act.14. Cum cõstituissent illi super singulas ecclesias presbyteros, & orassent cũ ieiunationibus,cõmendauerũt eos dño.

In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs. 1.Cor.6.

Niniuitæ induxerunt ieiunium. Ionæ.3.

Tu cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito, & pr̃ tuus qui est in abscōdito, reddet tibi. Ecce ieiuniũ meritoriũ. Mat.6.

Idem de Quadragesima.

Cum ieiunasset Iesus quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Mat.4.

Moses ieiunauit quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctibus.

Similiter Helias totidem diebus ieiunauit. Deu.9. 3.Re.19.

Sanctificate ieiunium. Humiliabã in ieiunio animam meam. Psal.54. Ioel.2.

Si vouerit mulier vt per ieiuniũ affligat animã suam, in arbitrio viri erit, si faciat siue non faciat. Si audiens vir tacuerit, & in alterũ diem distulerit sententiam, quicquid vouerat atq; promiserat reddat. Num.30.

Tob.12. Sacra scriptura vbiq; testatur ieiuniũ deo fore acceptum, in Achab, Thobia, Iudith, Hester, Daniele, Niniuitis, Anna vidua.

Luc.2. Ignatius ad Philippen. Quadragesimam vero nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet conuersationis Dei.

Confirmauit Telesphorus papa vicinus temporibus apostolorum. Item Ambro. in multis sermonibus. Cõcilia item Agathense & Aurelianeñ. Origenes ho.10. super Leuit. Habemus dies quadragesimæ ieiunijs cõsecratos. Hierony. aduersus Montanum. Nos quadragesimam secũdum traditioné apostolorum, ieiunamus.

Valentiniani hæretici omni tẽpore carnes libere comedendas dixerũt. Hireneus lib.1.cap.1.

Hom.56 Chrysosto. meminit de ieiunijs monachoru3, & quomodo dicant gratias.

Hom.10. sup.Leu. * Origenes. Habemus quadragesimę dies ieiunijs consecratos, habemu[s] quartũ & sextum septimanæ dies qu[i]

bus

bus solenniter celebramus. Est certe libertas Christiana per omne tẽpus ieiunandi non obseruatione, superstitione, sed virtute. Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur, nisi arctioribus continentiæ fulta subsidijs? Quomodo sapiẽtiæ & scientiæ student? Nõne per cõtinentiam ventris & gutturis? Quomodo quis seipsum castrat ꝓpter regnum coelorũ, nisi ciborum affluentiam resecet? nisi abstinentia vtaris ministra? Hæc ergo Christianis ieiunandi ratio est. Hæc ille ita ad verbum. Mat. 19

Maximus episcopus. Sacrarum literarum exẽpla protulimus, quibus approbamus hunc quadragenariũ numerum, nõ esse ab hominibus constitutũ, sed diuinitus cõsecratum, ne terrena cogitatione initiatũ, sed coelesti maiestate pręceptum. Et paulopost subnectit: 1. The. 4
Hæc autem non tam sacerdotum præcepta q̃ Dei sunt. Atque ideo, qui ea spernit, non sacerdotẽ spernit, sed Christum qui in suo loquitur sacerdote.

Ambro. ser. de ieiunio. Vt sciamus,

inquit, non esse nouellū ieiunium, primam illic (.s. in paradiso) legem constituit (.s. primis parētibus) de ieiunio &c.
Dis.35.c. Sexto die Grego. Augu. & omnes quotquot fuere doctores catholici ita senserūt & docuerunt de ieiuniis obseruandis.

Quarta propositio de gradibus consanguinitatis.

Gradus consanguinitatis impediunt matrimonium. Ioannes Baptista increMar.6. pauit Herodē dicens. Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

1.Cor.5. Paulus tradidit satanæ Corinthium fornicantem cum sua nouerca.

Leui.18. In veteri lege gradus consanguinitatis & affinitatis sunt a Deo prohibiti. Gregorius episcopis Galliæ, progeniem suam vnúquéq; vsq; ad septimam obseruare decernimus generationem, & De consan. & affi.c. Non debet. quādiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad coniugalem accedere copulā negamus, quod si fecerint separantur. Concilium tamen generale reduxit ad quartum gradum.

Ambrosius lib.8. episto. docet, non

omnes gradus illicitos a lege fuisse expressos, quia pater non prohibetur ducere filiam, & tamen non licet. Ante tempora beati Gregorii dispensabãt etiam in secundo gradu, scribit enim Augustino Anglorum episcopo. Quædam lex Romana permittit, vt siue fratris vel sororis, seu duorum fratrum germanorum, filius & filia misceantur, sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non succrescere. 35.q.5.quedã lex

Obiiciunt hæretici contra secundam propositionem.

1 Non quod intrat in os, coinquinat hominem. Mat.15.

2 Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Et ibi vocat doctrinam dæmoniorũ & mendacem, abstinere a cibis, quos deus creauit, ad percipiendũ cum gratiarũ actione, fidelib⁹. 1.Tim.4.

3 Omnia mũda mundis, coinquinatis autẽ & infidelibus nihil est mundũ. Ad Tit.1

4 Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neo Coloss.2

meniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vm-
bra futurorum.
Rom.8. 5 Si spiritu facta carnis mortificaueri-
tis, viuetis, non dixit ieiuniis.
6 Christus in euangelio non præcepit
discretionem ciborũ, quid ergo impo-
nitis hoc onus fidelibus?
Act.15. 7 Libertas Christiana nõ patitur hæc
onera seruitutis.

Respondent catholici.

Mat.15. Nihil hic dicere Christuz de ieiuniis,
sed tollere errorem Iudæorum, qui cre
debãt cibos non lotis manibus tactos
fieri immundos, & comedentem hunc
cibum fieri immundum, vt liquet ex
Matthæo & Marco, hanc stultitiã reii-
cit Christus, cibos illotis manib⁹ tactos
Mar.7. non inquinare comedentes. Alioquin
comedens suffocatũ tempore Aposto-
lorum, aut venenũ scienter, non fuisset
coinquinatus. Hunc locum torquebãt
& Manichæi contra delectum ciborũ,
Augu.lib.16.contra Faustum.
* Aduerte igitur, q cibus intrans in
os, quia in ventrẽ vadit, & in secessum

emittitur non coinquinat hominē. Sed homo ipse cōtra Dei & ecclesiæ prohibitionem, aut etiam ecclesiæ consuetudinem ac contra proprium votum, aut cum scandalo proximi sui sumens cibum, seipsum coinquinat. Hoc.n.procedit ex malo corde.i.ex contēptu dei & ecclesiæ in suis præceptis, quod vtiq; hominem in conscientia haud parū coinquinat. Patet hoc in primis parentibus vbi cibus, non quia cibus, sed quia prohibitus, in eorum intrans ora, nō solum ipsos, sed etiam in ipsis totum humanum genus coinquinauit. Adeo vt in ipsis omnes peccauerimus & morimur. Vnde Augu. Non ideo debet qs existimare leue ac paruum fuisse illud peccatum cōmissum in paradiso, quia in esca factum est, nō quidem mala ac noxia nisi quia prohibita &c. Ita vinū vtiq; bonum in se Rechabitas coinquinasset, si illud contra patris prohibitionem bibissent. Vnde adhortati, positis coram eis cyphis & calicibus vino plenis vt biberent, responderunt: Non bi- Rom.5. lib.14.de ciui.dei, cap.11.

bemus vinum quia Ionadab filius Rechab pater noster pcepit nobis, dicens: Non bibetis vinũ vos & filii vestri vsq; in sempiternũ. Obediuimus ergo voci patris nostri, vt non biberemus vinum cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostræ, & filii, & filiæ nostræ. Abstinere igitur a prohibitis certis temporibus in ecclesia carnibus, lacticiniis, vino & huiusmodi Deo gratum esse, hominiq; meritorium & salubre, patet ibidem. Sequitur enim. Hæc dicit dominus exercituum Deus Israel. Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis oĩa mãdata eius. Non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab, stans in cõspectu meo cunctis diebus.

Luc.1. Et de Ioanne Baptista prædixit Gabriel angelus: Vinum & siceram nõ bibet. Item esca eius erat locustæ & mel sylvestre. Si a delicatioribus cibo & potu abstinere, ac carnem ieiuniis & abstinentiis domare salubre nõ esset, nequaquam cõmendatione Baptistæ hæc in euangelio cõscripta fuissent. Hinc Elias
Mat.3. Mar.1. Luc.3.

zarus & Machabæi potius mori elege- 1.Mac.6
runt, quã suillis cõtra diuinæ legis prohi-
bitionem vesci carnibus. Sed inobediẽ-
tes Lutherani, vaniloqui & seductores,
vniuersas domos subuertentes, docen-
tes quæ non oportet turpis lucri gratia,
vt Cretenses semper mendaces, malæ
bestiæ ventres pigri, nulla seruãt eccle- Titum.1
siæ ieiunia, sedentes super ollas carniũ
in Aegypto, nauseantes mãna cœleste,
grauantes corda sua crapula & ebrieta-
te, mentem habentes & conscientiã in- Num.11
quinatas. Gloriantur se Euangelicos,
factis autem negant eum, sint abomi- Luc.21
nabiles, & increduli, & ad omne opus
bonum reprobi. Hæc Apostoli verba
verissime quadrant in eos. Tit.1.

Non voluit Apostolus Iudaica ob- De.14
seruantia aliquos cibos esse perpetuo
prohibitos, vt carnem suillam (deptis
decretis in concilio apostolorum) at ec- Act.15
clesia credit omnem creaturam dei bo-
nam, licet pro tempore ad mortifican-
dum veterem hominem præcipiat, ab
aliquibus abstinere. Porro hic non trad

ctat Apostolus de ieiunio, vel macera-
tione carnis, sed quia Tatiani & alii hæ
retici dicebant certas esse res creatas a
1.Tim.4 principio malo. Paulus hoc destruit,
quia omnis creatura dei sit bona, & cũ
gratiarum actione sumenda, quod fa-
cit catholicus, licet non pro omni tem-
pore, nec Paulus hoc præcipit pro om-
ni tempore.

De.III. In lege aliqua animalia erãt immũ
da per significationem, Iudæi credide
runt per naturam, destruit errorẽ Pau-
lus, quia fidelibus omnia sint munda.
& pro tempore comedenda, at qđ non
liceat abstinere pro tempore, hoc non
probibet apostolus. Vnde sanctus Ia-
cobus minor nunq̃ est vsus carnibus
vel vino authore Egesippo.

De.IIII Similiter dicatur, nam noluit fideles
ritu Iudaico iudicari in cibo & potu &
festis.

De.V. Gala.5. Spiritu facta carnis mortificãtur, ac
2.Cor.9. spiritus iuuatur, si caro ieiuniis crucifi-
gat, vt ait Paulus. Qui Christi sunt car
nem suã crucifixerũt. Et iterũ. Castigo

corpus meũ, & in seruitutem redigo.

Etiam si Christus non docuit aliqñ abstinendũ a carnibus, hoc non refert, quia ipse docuit magis necessaria ad salutem. Sed quæ expediunt & promouent salutem, reliquit magisterio spiritus sancti & ecclesiæ, & illa nõ omnia per se explicuit. De. 6.

Dic vt in puncto superiori de constitutiõibus humanis argumẽto vltimo. De. 7.

DE VENERATIONE Sanctorum. Cap. 15.

Sanctos esse honorandos atq; inuocandos, probatur quadrifariam: scripturis scilicet, ratiõibus authoritatibus sanctorum, & ecclesiæ consuetudine.

Probatur primo p scripturas sacras.

SAncti, vt amici Dei, sunt implorãdi, vt pro nobis intercedãt. Et licet sancti non sint adorandi latria, qu soli deo debetur, tamen venerandi sunt dulia. Ioan. 12. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui in coelis est, Si ergo deus honorificat san- Sac. honorãdos. Matt. 5.

ctos, cur nos nõ honoremus sanctos? Quam diu fecistis vni de his fratribus minimis, mihi fecistis. Itaq; honor exhibitus sanctis, exhibetur Deo.

Psal. 138 Mihi auté nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum.

Sctõs orare p nob.

Hiere. 15 Si steterint Moses & Samuel coram me. non est anima mea ad pplm istũ. * Quod exponens Grego. quasi diceret: Nec illos modo p amicis audio, quos magnæ virtutis merito, orare etiã pro inimicis scio. Vbi manifeste innuit Hieremias sanctos orare p populo.

Iob. 5. Voca ergo si quis est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Quæ quidem verba quãuis Elephas Themanites ad Iob dixerit, non tamen ea Iob reprehendit, sed vt sanum consilium amici acceptauit. Ita

Iob. 33. & Heliu dixit: Si fuerit Angelus pro eo loquens vnum de similibus, vt annũtiens hominis æquitatem, miserabitur eius scilicet deus & dicet: Libera eum, vt non descendat in corruptionem, in

in Ecclesia 55[illegible] 2 Deus glorificatur 55[illegible]

tiens in quo ei propitier.

Ite ad seruum meum Iob, & offeret Iob. 42.
holocaustum pro vobis, faciem eius su
scipiam, vt non imputetur vobis stulti-
tia. Et infra: Dominus quoque cõuersus
est ad poenitentiam Iob, cum oraret il
le pro amicis suis.

Dixit Iacob, & inuocetur nomẽ me Gen. 48.
um super eos, & nomina patrum meo
rum Abraham & Isaac & Iacob.

* Moses dixit ad eum: Quiescat ira Exod. 32.
tua, & esto placabilis super malitia po
puli tui. Recordare Abraam, Isaac &
Israel, quibus iurasti per temetipsũ di-
cens: Multiplicabo semen vestrum, si-
cut stellas coeli &c. Et sequitur: Placa-
tus est dñs super iniquitate populi sui.

Azarias in fornace succensa orabat,
dicens: Ne quæsumus, tradas nos in p Daniel. 3.
petuum propter nomẽ tuum, & ne dis
sipes testamentum tuum, neque auferas
misericordiam tuam a nobis propter
Abraham dilectum tuum & Isaac ser
uum tuũ &c. quibus loquutus es pol
licens, quod multiplicares semẽ eorum si-

cut stellas coeli, & sicut arenam quę est in littore maris. Et liberatus est cum sociis suis a fornace ignis ardentis. Domine omnipotens Deus Israel, audi nūc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum qui peccauerunt ante te &c.

2. Mac. 15. Vidit Iudas & Machabæus Oniam manus protendentem orare pro omni populo Iudęorum. Post hoc vidit aliū virum ætate & gloria mirabilē, de quo dixit Onias: Hic est fratrum amator & populi Israel: hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta Dei.

* *Si* patres vestri in limbo nondum clara diuinæ faciei visione beati, pro suis orabant, quāto magis sancti in æterna beatitudine Deum facie ad faciē perpetuo contemplantes, credēdi sunt orare pro nobis.

Luc. 15. Præterea si damnatus epulo in inferno rogabat Abraham pro suis fratribus, vt Lazarus ad eos missus, illis testaretur, ne & ipsi in eum venirent tormētorum locum. Haud minus certe sancti

eti saluati in cœlo orant pro nobis, vt nos ad eorum perueniamus societatẽ simusq; æternæ eorum participes beatitudinis. Suffragatur ad hoc alia non minus efficax in sacra scriptura robora ta ratio. Sanctos enim orare pro nobis nihil est aliud quam ipsos apud Deum totis affectibus ex pfecta erga nos charitate nostram desyderare salutem, ad quam assequendam, haud parum etiã eorum nobis credimus suffragari merita. Negare ergo sanctos orare pro nobis, est negare in sanctis perfectam erga nos charitatem, imo hãc prorsus tollere ab ipsis. Ex charitate quippe oramus viui in hoc mundo pro inuicem, & sancti in cœlo p nobis, vt saluemur. Charitas autem nunquã excidit. Imo hic imperfecta, illic perficitur. Proinde sancti in cœlo auctiorem perfectioremq; quam viatores ad nos habentes charitatem, nunquam non orant pro nobis miseris peccatoribus, vt & nos salutem consequamur. Iaco. 5. 1. Cor. 13 Ibidem

Pro hac orabit ad te omnis sanctus. Psal. 32

in tempore oportuno. Hebræi legunt omnis misericors: beati autẽ sunt san cti & misericordes.

2.Reg.14 Absalō reconciliatus patri, per bien nium tamen moratus Hierusalem nō vidit faciem patris sui. Sic peccator re conciliatus Deo non statim se pŝentat Deo, sed p mediatores & intercessores.

3.Reg.3. Salomon thronum matri suæ iuxta thronum suum collocari præcepit. Ve rus pacificus Salomon Christus hono rans matrem suam, idem facit.

* At impii Lutherani putantes nimiũ esse quod pii Christi fideles deiparæ vir ginis cultores, ipsam salutantes dicant: Regina cœli lætare, Salue regina mise ricordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra, salue &c. Et ob id omnem cultũ Chri stiferæ virgini hactenus impensum, tã quam summã idololatriam (quã Chri sto, qui vita, dulcedo, spes nostra, aduo catus noster apud patrem est, summa irrogetur iniuria) abominantes, vbi po tuerunt, reiecerunt. Attẽdant igitur mi seri gloriosæ virginis osores, nihil Chri

nil derogare dignitati, quod beatam virginem ita salutando honoramus. Imo totum honorem quem divae Virgini impendimus; redundare in Christum dei ac virginis filium: virginem quippe matrem honoramus in filio, & filiū in virgine matre. Sicut qui filium honorat, honorat & patrem & econuerso. Deus pater misericordiarū. Cur Dei genitrix non mater misericordiae? Deus rex coeli & terrae. Cur dei mater non erit regina coeli? Christus via, veritas & vita. Ioan 14. 2. Cor. 1.
Cur non haec etiam Christi mater, quae gratiam apud deum inuenit, & saluatorem nostrum dominum Iesum Christum salutis nostrae auctorem nobis aedidit? Quam vero haec epitheta sicut de filio, ita quoq; de Virgine matre (licet non eadem ratione) dici possint, claret ex multis sacrae scripturae locis. De Christo dicitur: Erat lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hūc mundum. De Ioanne vero Baptista (quo maior inter natos mulierum nō surrexit) hoc negatur. Ita enim legitur Ioan. 14 Luce. 1. Ioan. 1. Matt. 11. Ioan. 1.

ibidem: Non erat ille lux, sed vt testi-
moniu3 perhiberet de lumine. Ecce ne-
gatur ille lux esse, de quo tamen Chri-
stus, lux vera postea dixit Iudæis: Ille
erat lucerna ardens & lucens. Christus
Mat. 5. ait: Ego sum lux mundi, & tamẽ Apo-
Philip. 2. stolis dixit: Vos estis lux mundi. Ad
Philippenses Apostolus scribẽs, ait: In-
ter quos lucetis sicut luminaria in mũ-
do. Hinc Hierony. in Abdiam capi. 1.
dicit: Quomodo lumen dominus, lu-
cem appellat Apostolos suos, & dicit:
Vox estis lux mundi, & ipse petra Pe-
tro donauit vt petra sit. Pastor quoq;
bonus, illis pastorum largitus est nomi-
na. Et quodcunq; ipse dicitur, seruis tri-
buit vt dicantur. Sic saluator Aposto-
los suos voluit esse saluatores. Nec mi-
rum cum etiam sancti & iusti per gra-
tiam & participationem dei, in scriptu-
ris dij appellétur, iuxta illud Psal. Ego
dixi, dij estis & filij excelsi omnes. Et i-
Mat. 19. rum: Deus stetit in congregatione deo-
Mar. 10. rum. Hæc ille. Christus igitur solus est
Luc. 18. lux per essentiã sicut & bonus, nõ Ba-
ptista

ptista neque apostoli, qui tamen boni, 1.Cor.7.
lux & luminaria fuerunt in mũdo per
participationẽ. Ita & Dei genitrix vir-
go, regina cœli, mater misericordiæ, vi-
ta, dulcedo, & spes nostra dicitur: quia
gratiam apud Deũ inuenit, Christũq;
vitæ nostræ reparatorem spiritu sancto
operante, concepit & peperit. Et sicut Rom.8.
Christũ, qui est ad dexterã patris & in- 1.Ioan.2
terpellat pro nobis, aduocatũ apud eun-
dẽ habemus, Ita huius nostri aduocati
matrem, gaudemus nos habere apud
patrem & filium aduocatã, dicẽtes: Eia
ergo aduocata nostra &c. Nec imerito.
Si enim Philippenses fuerũt diuo Pau Philip.4
lo gaudium & corona. Et Thessaloni- 1.Thess.2
censes, spes, gaudium & corona gloriæ.
Cur nõ idem erit nobis gloriosa virgo
mater Maria? Non est igitur diua vir-
go mulier vt aliæ mulieres, nihil gratiæ
aut prærogatiuæ habens super illas. Id
quod blaterant impij Lutherani. Fate
mur tamen ipsam sexu quidem mulie
rem, sed virginem incorruptam, gratia
plenam, dei genitricem reginam cœli,

Judith.13 mundi dominam, inter mulieres bene/dictam. Non est profecto inuenta talis mulier super terram, nec vnq̃ similis inuenitur. Hæc sunt illa magna quę fecit tibi dominus omnipotẽs o virgo

Luc.1. beata: quare merito beatam te dicent omnes generationes.

Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Psal.90. Angelis suis mãdauit de te, vt custodiant vias tuas.

Zach.1. Orat angelus pro populo Iudaico: Domine exercituum vsq;quo tu non misereberis Hierusalẽ, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Et respondit dominus angelo bona verba consolatoria.

Apoc.5. Quatuor animalia & vigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum quę sunt orationes sanctorum.

Apoc.8. Angelus stetit ante altare habẽs thuribulum aureũ, & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, qđ

est ante thronū Dei, & ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorū, de manu angeli coram Deo.

Omnes sunt administratorij spiritꝰ, qui in ministeriū mittuntur ꝑpter eos, qui hæredes erant salutis. Angeli ergo suffragantur nobis, cur igitur eoꝝ suffragia & ministeria nō licet implorare? Heb.1. Act.12.

Et eadem quæ de angelis est ratio, est & de sanctis, qui in regno coelorum ipsis sunt ęquales: Quare sequitur idē de sanctorū auxilijs & suffragijs implorandis, quod de angelorum &c. Mat.22. Mar.12.

Nec superauit illum (Helisæum vllum verbum, & mortuum prophetauit corpus eius, in vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. Eccle.48.

Secundo probatur rationibus.

Christus intercedit pro nobis secūdū humanitatē ad deum patrē. Quia & Christus Iesus interpellat pro nobis. Prima ro. Rom.8.

Iesus sempiternum habet sacerdotium, vnde & saluare in perpetuū pōt, accedens per semetipsum ad Deū semper viuēs, ad interpellandū pro nobis. Heb.7.

1. Ioã. 2. Sed & si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Iesum Christū, iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam totius mundi.

Roā 10. Si ergo caput Christus orat pro nostris, cur nō etiam mēbra eius, sancti cū eo rogantes, qui se cōformant Christo?

Viui orant pro inuicem, & impetrant sæpe.

Iac. 5. Orate pro inuicem vt saluemini. Et adducit orationem Heliæ. 3. Reg. 17.

Moses orauit Exo. 17. & 31. Mulier Chananæa pro filia sua. Mat. 15. Centurio pro filio suo. Luc. 7. Paulus pro connauigantibus. Act. 27.

Dilemma Lutheranis insolubile. Si ergo viui orant pro inuicem, cur etiā beati mortui hoc non facerent, qui sunt in charitate perfectiores, & apud Deum potentiores, & mente puriores? Aut ergo sancti nō orant pro nobis sicut viui, quia est res eis indigna. Itaque non cōueniet Christo. Aut quia est res tantæ excellētię, q̄d soli xp̄o & nō alijs cōueniet. Ergo non ꝯuenit viatoribus;

Imo vult deus per sanctos inuocari. Ezech.22.
Quæsiui, inquit, de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus cōtra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.

Obsecro vos fratres per dominū nostrum Iesum Christum, & per charitatē sancti, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa. Rom.15.

Tertio probatur authoritatibus sanctorum,

Cyprianus ad Corn. papam, lib. I. epistola prima petit, vt si quis eoruȝ prior decesserit, pro fratribus & sororibus nostris, non cesset oratio.

Bernardus super Cātica, Home. 66. de hæreticis sui tēporis: Irrident nos ꝙ in fonte baptiȝamus & sanctorū suffragia postulamus, atq; Christū in vtroq; sexu tam in mortuis q̄; viuis proscribere volunt. Nam & mortuos viuētium fraudant suffragiis, & viuentes nihilominus sanctorum qui discesserunt auxilijs spoliant.

Vigilantius dixit, quod dum viuimus, mutuo pro nobis orare possumus: postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio, refert Hieronymus & improbat. *Sic eni pugnat Hieronymus contra Vigilantium: Si Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro cęteris, qñ pro se adhuc debent esse soliciti, quãto magis post victorias coronas & triumphos? Vnus homo Moses sexcẽtis mi-*
Exo. 32. *libus armatorum impetrat a domino veniam, & Stephanus imitator domi-*
Act. 7. *ni sui, & primus martyr in Christo persequutoribus veniã deprecatur. Et post*
Act. 27. *quam cum Christo esse coeperint, minus valebunt? Paulus apostolus ducẽtas septuaginta sex sibi dicit in naui animas condonatas. Et postquã resolutus esse coeperit cum Christo, tũc ora clausurus est, & pro his qui in toto orbe ad suum euangelium crediderunt, mutire non poterit? Meliorq; Vigilantius canis viuens, q̃ ille leo mortuus e? Recte*
Eccl. 9. *hoc de Ecclesiaste proponeres, si Pau-*

tum in spiritu mortuũ confiterer. Hæc Hieronymus.

* Augustinus super Ioã. Tract. 84. Beati martyres quorum memorias nõ inaniter celebramus. Ideo quippe ad ipsam mẽsam (id est altare) nõ sic eos cõmemoramus, quemadmoduȝ alios qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis oremus, sed magis vt orent ipsi pro nobis, vt eorum vestigiis adhęreamus.

Dionysius cap. 7. Ecclesiasticæ Hierarchiæ: Si quis spernat sacrosanctam disciplinam, atq; infelici elatione seductus, dignum se arbitretur diuina familiaritate, sanctosque despiciat &c. hic si intento careat desyderio, imperita postulatione per se nunquã potietur.

Probatur quarto, ecclesiæ consuetudine.

Attestatur vsus totius ecclesię, & patres sancti per omnia Christianorũ secula, tot miracula euidentissima, & festiuitates ab ecclesia de sanctis institutæ, Sanctus Sauinianus erexit ecclesiã S. Petro viuo. Condidit & alias duas in

honore sancti Sthephani & sancti Ioānis Baptistæ.

Obiiciunt hæretici.

Solus inuocandus est Christus, & Deus, quia solus sufficit, solus est liberalissim⁹ & misericordissimus, plus nos amans q̃ sancti omnes.

Ioan.16. 1 Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

Luc.11. 2 Petite & accipietis, quærite & inuenietis.

Mat.21. 3 Omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes accipietis.

Heb.4. 4 Adeamus cum fiducia ad thronū gratiæ eius, vt misericordiam cõsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno.

1.Cor.1. 5 Igitur accedere debemus ipsum patrem misericordiarum, & deum totius consolationis ac fontem gratiarum, potius quam sanctos.

1.Tim.2. 6 Vnus est mediator dei & hominū, Christus Iesus, cur ergo nos volumus facere plures mediatores sanctos?

7 Porro quod de Baruch & Macha-

bæis fuit adductum, dicunt illos libros non esse canonicos. Hierony. in prologo super Prouerbia.

8 Ad Hieremiam respondet Zuinglius hæreticus. Si Moses & Samuel adhuc inhumanis essent, ac pro populo isto intercederent, vinceret indignatio gratiam.

Diluuntur ista per Catholicos.

Hæreticos hic sophismatibus deceptos, ex eo liquet, q aliqua per eos inducta, æque tollunt intercessionē christi & omnia tollunt, æque preces viuorum sicut mortuorum. Quorū tamen intercessionem negare nō audent, quā tūuis impij & blasphemi.

Fatemur petendum, petendum in nomine Iesu, petendum cum fiducia. At illa non excludunt sanctos, quia & per sanctos velut membra, petimus in nomine Iesu eorum capitis. De. 13

Et lʒ Deus sit optim⁹, misericordissim⁹ tn̄ ē ordinatissim⁹. Disponit oia sua uiter & iferiora p media ducit ad supiora ait Diony. Et sic pʒ solo ad. 1. 2. 3. 4.

De. 5. r. Omnino placet accedamus fontem
Deut. 4. gratiæ & patrem misericordiarum. At
Heb.12. cõmodius faciemus illud per sanctos, quia deus noster ignis consumens est, merito timemus, ne pereamus a facie ei⁹, sicut fluit cera a facie ignis: ob hoc mediatores quærimus & intercessores.

Re. 6. Vnus est mediator redemptionis Iesus Christus, quia ille solus redemit genus humanum. Non est aliud nomẽ sub cœlo in quo oporteat nos saluari: sed plures sunt intercessores.

* Est igitur vnus mediator per redemptionem: sicut & vnus saluator. Is enĩ solus pastor bonus est, qui dedit animã suam redemptionem pro multis. Sunt autẽ plures mediatores per intercessionem, sicut & plures tales scriptura cõ-
Deut. 5. memorat saluatores. Moses ait: Sequester & medius fui inter Deum & vos.
Iudic. 3. Item suscitauit eis saluatorem Othonielem. Et iterum: Et dedisti eis salua-
Neem. 9. tores, qui saluauerunt eos. Pharao rex
Gen. 41. Aegypti vocauit Ioseph saluatorem mundi.

Omnes canones ecclesiæ de cano- De. 7r
nicis scripturis enumerant Machabeos Augu.li.
quare ostendant hæretici vbi indicatũ 8. de ciu.
sit libros canonicos esse ; & inuenient dei.
istos. Licet in synagoga non fuerint ca
nonici, vt testis est Augustinus. Et cuꝫ
canon de libris sit æditus in concilio
Milenitano, forte nõdum peruenit ad
Hieronymum.

Hoc est hæreticorum proprium tor- De. gi-
quere scripturam: nam cum ipsi sem-
per exigat claras scripturas, & nullas ad
mittant glossas, cur iam allata clara scri
ptura extrariam adferunt glossaꝫ? De-
us dicit, Si starent, non dicit, Si viuerẽt
& starent potissimum cum illa glossa
non sit fundata in scripturis, in ꝯcilijs,
in sanctis patribus, sed somnia ex indo
cto & insano cerebro Zuinglij hęretici.

Augusti. lib. xx. capi. xxi. Populus
Christianus memorias martyrum reli-
giosa solennitate celebrat & ad excitã-
dam imitationem, & vt meritis eorum
consocietur & orationibus adiuuetur.
Ita tamen vt nulli martyrum, sed ipsi

Deo martyrum, quamuis in memorias martyrum, constituamus altaria. Vide sequentia, quia Faustus hæreticus etiã impugnauit memorias, martyrum.

Obijcientibus aduersarijs, Sanctorũ inuocationem nusquam inueniri fundatam in scripturis, neq; expressam. Respõdetur dupliciter. Primo, tametsi expresse non habeatur in scripturis ꝙ sancti sint inuocandi nihil tamen, nec iota quidem vnum, aut apex inuenitur in scripturis contra sanctorum inuocationem. Sed econuerso, innumeri sunt
Exod.32. passus tam in veteri quam in nouo testamento (vt patet ex supra dictis hoc cap.) qui faciunt euidẽtissime pro sanctorum inuocatione. Secundo dicitur, ꝙ non debebat neq; in veteri, neq; in nouo testamẽto, expresse tradi sanctorum inuocatio. Non in veteri testamento. Et hoc duplici ratione. Principio q dem quia populus ille nimium idolatriæ deditus, (qui nedum adorauerat vitulum in Oreb. Imo & postmodum relicto sæpe domino Deo suo, gentiuз

idola in templo Dei erecta adorabat) patriarchas, patres & prophetas nō vt sanctos inuocasset, sed vt deos adorasset. Quam ob caussam & Mosi corp⁹ Deu. vlt. eiusq; sepulchrum eis abscondita cre- 4. Reg. 8 duntur a Deo: & Ezechias serpentem æneum, quē Moses fecerat, destruxit, Adolebāt enim ei incēsum filij Israel.

Dein quia patres veteris testamenti tum in tenebris & vmbra mortis sedebant, diuinam maiestatem nondū contemplantes. Vnde inuocantium preces eis tum minime innotuissent, iuxta illud: Abrahā nesciuit nos, Israel igno- Esa. 63. rauit nos. Frustra ꝓinde tum fuisset ad eos directa supplicatio, quamuis ipsi pro suis terrigenis (vt supra inductum est) orarēt. Nihil ergo de hoc in scripturis veteris testamenti tradi aut mandari debebat.

In nouo quoq; testamento non de- 1. Pet. 1. bebant Apostoli & Euāgelistæ (nec id volebat spiritussanctus, quo inspirante loquuti sunt sancti dei homines) neq; verbo docere, neq; scriptis tradere, aut

relinquere, diuos inuocādos. Et hoc secunda quoq; ratione. Primo, Superstites Apostoli & Euangelistæ, si Stephanum prothomartyrem aut Apostolos puta Petrum aut Paulum, aliosue tuȝ in Christo dormientes, cœlicolis adnumerassent, docuissentq; terrigenas eoꝝ opem ac patrocinium postulare, gentiles ad fidem nouiter cōuersi, adhuc rudes & paruuli in fide, qui cibum solidum necdum capere poterant, sed eis lacte opus erat, & idolatriam, & errorē quos iādudum abiurauerant, animuȝ adiecissent: eosq; quos terrigenas fidei doctores atq; principes habuerunt, modo cœlicolas claros ad ipsorum inuocationem signis & miraculis non ceu patronos & intercessores apud deuȝ interpellassent. Huic argumento est, ꝙ

Act.14. Licaonici Paulo & Barnabæ sacrificare volebant, sanato ad vocem Pauli claudo ex vtero matris suæ. Sunt innumera ferme ad idem in Legendis sanctorum argumenta.

Deinde si docuissent Euangelistæ sa

ctos honorandos inuocandosq;, id nõ
uiter conuersi arrogantiæ ipsorum ad
scribere potuissent: quasi ipsi ad eun-
dem aspirarent honorem, quem suis so-
ciis iam defunctis haberi docerent, vt
& ipsi vita functi simili in terris gloria
clarerent.

Secunda ratio quæ de patribus in
limbo data est locum in coelicolis non
habet. Istis enim etsi naturali cognitio
ne orationes & inuocationes nostræ ad
ipsos fusæ non innotescant, incredibile
tamen non est animas sanctorum, quę
in abscõdito faciei dei veri luminis illu
strationes lætãtur in illius cõtemplatio-
ne, ea quæ foris agũtur intelligere, quã
tum illis ad gloriam, vel nobis ad auxi
lium pertinet. Sicut enim angelis, ita &
sanctis qui dño assistũt, petitiones no-
stræ innotescũt in verbo dei quod cõ-
templãtur. Id enim Christus moriturus
eis a patre petebat, dicens: Pater quos Ioan.17
dedisti mihi, volo vt vbi ego sum & il
li sint mecum, vt videãt claritatem me
am. Et Apostolus: Videmus nũc per 1. Cor.13

ſpeculum in ænigmate, túc autem fa-
cie ad faciem &c. Vident igitur ſancti
orationes noſtras. Quid enim non vi-
derent, qui videnté oia vident. Nõ de-
bebat ergo rationibus pdictis, ſanctoꝝ
inuocatio expſſis tradi ſcripturis, quaꝫ
ſpirituſſanctus per ſequentia preces ad
ſanctos fuſas miracula & auxilia, ſuffi-
cienter in eccleſia fideles edocuit, per
Mar. 16. quæ & eorum ſermonem confirmauit
vitæ ſanctitaté, beatitudiniſq; ſuæ glo-
riam declarauit &c.

Honoramus itaq;, veneramur, inuo-
camus & adoramus Deum & ſanctos
ſuos, diſpari tamẽ ratione hos & illuꝫ.
Illum quippe (quia primum & omni-
bus eſſendi, conſeruandi & gubernãdi
principium eſt; ſoluſq; gratiam dat &
gloriam) latria, quę ſibi ſoli debetur, iu-
xta illud: Dominum deum tuum ado-
rabis & illi ſoli ſeruies. Et iterum: Soli
Deut. 6. Deo honor & gloria. Et hac adoratio-
Mat. 4. 1. Tim. 1 ne Mardochęus noluit adorare Amã,
Heſter, 3. timens ne honorem Deo debitũ tranſ-
Apoc. 19 & 22 ferret ad hominem. Et angelus prohi-

buit Ioannem se adorare volentem?
Hos auté vt intercessores & patronos, gratiæ & gloriæ nõ collatores, sed suis meritis & precibus apud Deum impetratores, & ita longe infra Deum dulia (quæ excellentibus in signum reuerentiæ exhibetur creaturis) deiparam vero virginé hyperdulia veneramur, honoramus & inuocamus. Quæ quidem inuocatio & veneratio nõnunquam in scripturis sacris adoratio appellatur. Ita Abraham legitur angelos adorasse. Sic & fratres Ioseph offerentes ei munera, adorauerunt eum proni in terrã. Infra: Et incuruati, adorauerunt eum. Et filij prophetarum adorauerunt Helisæum proni in terram. Et Nathan propheta ingressus ad regé Dauid, adorauit eum pronus in terram. Gen. 18. Gen. 43. 4. Reg. 2 3. Reg. 1.

Huius differentis Dei & sanctorum inuocationis seu adorationis discrimẽ, tradit ecclesia in Letania vbi principio inuocatur sancta Trinitas sub distinctione personarum & essentię vnitate, vt misereatur nobis. Dein sanctorũ im

ploratur intercessio, vt oret pro nobis. Postremo reditur ad Deum, vt sanctis vna nobiscum orantibus, nos exaudire dignetur, liberet a malis, gratiam donet & vitam largiatur æternam. Similē quoq; orandi formam obseruat ecclesia in orationibus (quas Collectas vocant) quæ dicuntur in sanctorum festiuitatibus vbi diuinā imploramus clementiā, per merita & intercessiones sanctorum, concludendo: Per dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum viuit & regnat &c.

DE IMAGINIBVS Crucifixi, & sanctorū. Cap. 16.

Licet gens Iudæa esset propensior in idololatriam, tamen imagines aliquas Deus eis præcepit.

Exo. 25. Duos quoq; Cherubin aureos & productiles facies ex vtraq; parte oraculi. Cherubin vnus sit in latere vno, & alter in altero.

Num. 21. Loquutus est dominus ad Mosen: Fac serpentem æneum, & pone eum

pro signo.

Non facietis vobis idolũ & sculptile;nec titulos erigetis,nec insignem lapidem ponetis in terra vestra,vt adoretis eum. Et tamen Iosue moriturus posuit lapidem prægrandem subter quercum, quæ erat in sanctuario domini: similiter Samuel, sic permissum est altare filijs Ruben & Gad. Leui.26. Iosue vlt. 1.Re.17. Iosue.22.

Eusebius: Seth iustus,primus imagines Dei fecit. Hieronymus de Hebraicis qu. & Comestor sup Genesim, enarrat Iudæos & cám cur fecit imagines.

Damascenus lib.4.affirmat nos habere vsum imaginũ,ex traditione apostolorum. li.4.c.17.

Eusebius lib.2.ecclesiast.hist. & Damascenus referunt Christũ misisse imaginem faciei suæ ab agro Edesenorum regi. Asseruatur Genuæ in ecclesia sancti Bartholomæi.

Faciem suã dominus linteo impressam dedit Veronicę. Cuius imagine sanatus Tyberius Cæsar, qui ob id decreuit Christo honores diuinos. Verum ꝙ

inſcio ſenatu id fecerat, ſenatus prohibuit, vt author eſt Suetonius.

S. Lucas virginem Mariā depinxit, vt celebris fama eſt per eccleſiam.

Approbatus fuit imaginum vſus in concilio Niceno ſecundo. In Conſtantinopolitano ſub Hireneo in tribus cōcilijs Lateraneñ. ſub Grego. 2. &. 3. & Stephano, & in concilio Francfordenſi ad Menum hæreſis Feliciana fuit dānata, quam Spurij eccleſiæ ſuſcitare nituntur. Græci appellarunt hæreticos illos Iconoclaſtas.

Græci Imperatores centum annis tyrannice impugnarunt vſum imaginū, & fuit potior cauſſa transferendi imperium in Germanos.

Beda inquit imagines fieri in eccleſia Dei, nulla diuina litera vetuit.

Athanaſius ſcribit miraculū, quod contigit cum imagine crucifixi in Berītho. Fuerat hęc crux ſancti Nicodemi.

Conſtat ergo apoſtolorum tempore fuiſſe imagines in eccleſia.

Euſebius lib. 7. ſcribit de imaginib⁹

Petri & Pauli Apostolorum, meminit imaginis Christi : facientis miracula in Cæsarea, cuius miracula narrantur etiã in tripartita historia, li.6. Cassiodorus.

Carolus magnus quatuor libros scripsit contra volentes tollere imagines. Vnde Thuricenses fundatorem eorum & patronuз Carolum potius sequi debent cum ecclesia catholica, q̃; hæreticum Zuinglium.

Vtilitas imaginum est, ꝙ instruunt simplices, admonent scientes, afficiunt omnes. Decet enim Deum visibilẽ factum in humano habitu, visibili imagine præsentari. Et Luther vel in hac parte sapit quod Carolostadium imagines destruentem & delentem ex Saxonia curauit proscribi, & pro viribus hæresi felicianæ restitit.

De cõsec. dist. 3. ca. Perlatus & cap. Venerabiles

Luther contra Carolostadiuз sic inquit, Imagines rememoratiuas aut testimoniales, sicut sunt imagines crucifixi & sanctorum, probatum est esse tolerandas, etiam in lege. Et non solum tolerandas, sed quãdiu memoria & testi-

monium in eis durat, tunc sunt laudabiles & honorabiles, sicut statuæ Iosue & Samuelis.

Obijciunt hæretici.

Exo.20. 1 Non facies tibi sculptile, neq; omnẽ similitudinẽ quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorũ quæ sunt in aqs sub terra. Simile dicit Exo. eodẽ in fine. Deu. 4. & 5. & 27. & multis alijs scripturis veteris testamenti.

4.Re.18 2 Ezechias confregit serpentẽ æneum, quem fecerat Moses.

Ioan.4. 3 Christus promisit venire, & nũc tempus eẽ ꝙ veri adoratores adorarẽt deũ in spiritu & veritate, spiritus autem nõ afficitur imaginibus.

4 Porro subest periculum idololatriæ sub imaginibus, & imũdoꝝ cogitatuũ.

Vlmę cõ bu8ˢ 1518 5 Balthasar Heibmair, qui se Fridbergeri am nominat, nouitius hæreticus, hoc cornutum facit argumentuz. Aut præceptæ sunt imagines, & tunc ostendatur scriptura. Aut nõ sunt præceptæ & tunc nihil valent.

Respondent Catholici.

Deum præcedentibus & sequẽtibus explicare mentẽ suam, nam sicut prohibuit venerari deos alienos, ita prohibuit imagines illorum, at quia nos sanctos nõ habemus pro Dijs, non prohibemur illorum facere imagines. Nam ante verba citata, inquit: Non habebis deos alienos coram me. Nõ facies tibi sculptile &c. sequitur: Nõ adorabis ea, neq; coles. Ecce in illum finem nõ debent fieri. Et ita Luthermet intelligit. De. 5.

Quod si Leo Iud Thuricẽ. Iudaico more literæ affigitur, q̃ absolute facere imagines sit prohibitum, cõsectarium esset Salomonem peccasse, quãdo fecit. 12. leunculos in solio, peccasset sculpendo boues in mari fusili. Et leones & boues, cherubin in basilib⁹ æreis. Quis est tam hebes, vt credat nullum fuisse pictorem, nullum sculptorem in Iudæa? Quis tũc sculpsit cherubin? Et in moneta ait Christus. Cuius est hæc imago? Augu. lib. 20. cõtra Faustum, cap. 23. Et si vsus quarũdam rerũ similis nobis esse videatur gẽtibus, longe tã 3. Reg. 10. 3. Reg. 7. Mat. 22. Mar. 12.

men aliter vtitur his rebus, qui ad aliuȝ finem vsum earum refert. Sic dicito de
De.II. imaginibus gentilium & Christianorū.

Quod Ezechias destruxit serpentē, fuit caussa huius abusus populi idolo latrantis. Nā in loco eodeȝ sequitur: Si quidē vsq; ad illud tempus filij Israel adolebant ei incēsum. Vnde si ꝯstaret de abusu alicuius imaginis, illa deberet aboleri. Abstulit ergo serpentem, non quia imago, sed quia Iudæi adorabāt.

De.III. Adorandum Deum dicimus potissimum in spiritu & veritate. Quod vt faciamus imagines nos admonent, & ad memoriā reducunt. Nam spiritum nō excludere signa sensibilia, indiciū nobis præstant sacramēta, quę sunt in sensibilibus signis instituta.

De.IIII Nullum periculum subest idololatriæ, quia facillime possunt instrui simplices ad rectificādam eorum intētionem, puta ꝙ venerationem referāt nō ad imagineȝ ipsam, sed vt Basilius docet prototypū, ne detur occasio aut periculum immūdorum cogitatuum, la-

sciuia pictoribus inhibenda est.

Liquet ex puncto primo & secūdo De. 5.
ac quarto quam vere cornutu3 sit hoc
argumentum muscæ illius Aegyptia-
cæ. Non est hoc præceptum in scriptu-
ris, ideo non obseruandum. Quinimo
hoc cornu eum impetamus, aliquid es-
se in scripturis præceptum, & tamē nō
obseruandum: vt de sabbati sanctifica
tione, de non comedendo sanguinem
suffocatum &c. Sufficit catholico, ꝙ ec
clesia constituit imagines sanctorum,
velut vtiles & expedientes, poni debe-
re in ecclesia, & cornua peccatorum cō
fringantur. Dicam dominica3 diem ce
lebrare, aut est præceptum, & ostenda-
tur scriptura, aut non est præceptum,
itaq; nihil valet: qđ nec hæretic⁹ dicet.

DE MISSAE SA-crificio. Cap. 17.

QVomodo a colūnis ecclesiæ in
stituta sit Missæ actio ceremo-
niosa (vt ita loquar) ex sancto
Dionysio Apostolorum discipulo li-

quet. At quia hæretici noui inauditã in ecclesia Dei inuenerũt hæresim, missam non esse sacrificium. Contrarium ex scripturis probatur.

Leui. 4.5 & 14. Semper fuit sacerdotum officiũ ferre pro peccatis populi, & ignorantiis, p delictis, pro mundatione.

Mala. 1. Non est mihi volũtas in vobis, nec munus accipiam de manu vestra. A solis eni ortu vsq; ad occasum, magnũ est nomen meum in gentibus; & in oĩ loco sacrificatur & offerẽ nomini meo oblatio munda. Prædixit propheta hic cessationem sacrificiorum legalium, & institutionem sacrificii nouæ legis. Nõ poteris illud dicere solũ fuisse in cruce, quia dicit sacrificari in omni loco: & loquitur tamen de vna oblatione, & nõ est aliud sacrificium nisi corpus Christi toties in missa repetitum.

Mala. 3. Quando dixit de aduentu Messie, subdit: Et purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argentũ: & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia, & placebit domino sacrificiũ

Iuda & Hierusalem, sicut dies sæculi & antiqui. Ecce saluator purificauit sacerdotes Euangelicos, vt offerãt sacrificia, nõ in sanguine, sed in iustitia, dicit glossa ordina. id est. Eucharistiam.

Eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi, & impie agẽt impij, neq; intelligẽt omnes impii. Porro docti intelligentur, & a tempore cũ ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Illud esse implendum testatur Christus, iuge sacrificium in aduẽtu abominationis, id est antichristi, cessabit ferme per quatuor annos cum desolatæ erunt ecclesię. Itaq; qui in particularibus ecclesijs faciunt cessare iuge sacrificium missæ, sunt præcursores Antichristi. Dani. 12. Mat. 24.

Omnis nãq; pontifex ex hominib⁹ assumptus pro hominibus cõstituitur, in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit his qui ignorant & errãt, quoniam & ipse circũdatus est infirmi Heb. 5.

tate, & ppterea debet, quemadmodũ pro populo ita etiam pro seipso offerre, pro peccatis. His apostolus definit pcipuum officium vnum põtificum offerre pro peccatis. Et cum hæretici negant vnum posse offerre pro alio. Paulus docet eum offerre pro peccatis populi & suis.

Ab Apostolis traditam missã ostẽdit, quod Ignatius Apostolorum discipulus, qui vidit Christum, ad Smymenses (inquit) propterea nõ licet sine episcopo neq; sacrificium immolare, neq; missas celebrare. Et quia nullum est sacrificium reale noui testamenti (quia cor contritum semper est sacrificium) nisi corpus Christi, & tamẽ in veteri testamento plura fuerunt sacrificia, omnia Christi sacrificium repræsentantia.

Hireneus Lugdunensis lib. 4. capi. xxxij. Euз qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit dicens: Hoc est corpus meum. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura sm nos, suum sanguinẽ confessus est, & noui testamenti nouã

docuit oblationẽ, quã ecclesia ab apo stolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo, vir sanctus & tẽporibus apostolorum vicinus, non potuit clarius loqui. Cyprian⁹ Martyr Cecilio fratri scribit: Admonitos autem nos scias, vt in calice offerendo dominica traditio seruetur, neq; aliud fiat a nobis, quã qđ pro nobis dominus prior fecit, vt calix qui in cõmemorationem eius offertur mixtus vino offeratur. Hæc verba repetit b. Augusti. lib. 4. de doctrina Christiana. Et ita missam dicit sacrificium. Chrysosto. super Matthæum sup Epistolam. I. ad Timotheum super epistolam ad Hebræos. Similiter b. Ambro. Augusti. sæpissime Gregorius, & alii. Chrysost. de fide ad pet. ca. 7

❋ Ordo missæ vel orationum quibus Deo oblata sacrificia consecrantur, primo a sancto Petro est constitutus, cuius celebrationẽ vno eodemq; modo vniuersus peragit orbis. Isido. li. 1. de offi. cap. 15.

Et sexta synodo sic habetur. Iacob⁹ frater dñi secundum carnẽ, cui primũ credita est Hierosolymitana ecclesia, & De cõse. dis. 1. ca. Iacobus.

Basilius Cæsariensis eps, cuius claritas per totum orbem refulsit in scripturis, addiderunt nobis missæ celebrationes.

Sanctus Andreas ad proconsulé dixit, se quotidie offerre deo omnipotéti agnum immaculatũ. Ita obseruát oẽs Latini, Græci, Chaldæi; etiã schismati, hæretici, dẽptis nouis illis dogmatistis.

Obijciunt hæretici.

Heb. 10. 1 Vna oblatione cõsummauit in sempiternum sanctificatos.

Heb. 7. 2 Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes primũ pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo, hoc enim fecit semel, seipsum offerendo.

Hebr. 9. Et infra eodẽ ca. 3 Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, ęterna redemptione inuenta. Nunc autem semel in cõsummatione sæculorum ad destitutioné peccati per hostiã suã apparuit.

Heb. 10. 4 In qua volũtate sanctificati sumus per oblationé corporis Iesu xpi semel.

Matt. 24 Mar. 14. 5 Missa est testamentum, non sacrificium, hic est sanguis noui testaméti, re

ferunt Matthęus & Marcus. Hic est calix nouum testamētū in meo sanguine. Quomodo ergo potest fieri sacrificium ex testamento?

6 Missa ē bene recordatio sacrificii & oblationis, ideo Christus non dixit offerte, sed hoc facite in meam commemorationem.

Respondent Catholici.

Textus apostoli expressos & manifestos torquent hic hæretici contra missam. Gemina siquidē est oblatio Christi, & vtraq; quidem realis & vera quādo quidē in vtraq; Christus vere & realiter offertur & sacrificatur. Verum altera est non sacramētalis. Altera vero sacramentalis. Prior nō sacramētalis est, qua Christus semel corpus suum viuū & sanguinē nō sub sacramētalibus, sed sub proprijs ipsorū speciebus, deo patri obtulit in ara crucis pro salute generis humani, & totius mundi peccatis. 1. Ioh. 2.
Et de illa sentit Apostolus in auctoritate in argumento adducta, ostendēs excellentiam huius sacrificij, vltra legis sa Ephe. 5.

crificia. De qua & Ephesiis scribens ait: Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Et figurabatur hæc oblatio per agnum paschalem
Exod. 12. qui in phase Iudæorum, semel tantum singulis annis offerebatur Christi veri paschalis agni oblationem in cruce factam (per quam liberati sumus a principis tenebrarum imperio, vt populus Israeliticus per agni typici immolationē ereptus fuerat a dura seruitute Pha-
1. Cor. 5. raonis) representās. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Et ob id hanc oblationem repræsentat sancta mater ecclesia quotānis dūtaxat semel in parasceue, neq; fit eo die Eucharistię consecratio, verum sumitur consecrata precedenti die Eucharistia ne sine dominicæ passionis fructu illo die maneat ecclesia. Altera vero oblatio sacramentalis est, quia quotidie in ecclesia Christus offertur & sumitur a sacerdotibus in sacrificio missæ sub sacramēto (hoc est, sub speciebus sacramētalibus, puta pa-

nis &

nis & vini) in cōmemorationē passionis, mortis, & oblationis prioris in cruce semel peractæ. Quaobrem & hæc oblatio recte dicitur recordatiua, non quasi Christus non realiter & veraciter offeratur (vt volunt hæretici) sed quia sub sacramento inuisibiliter & recordatiue in memoriā prioris oblationis, suo iussu, suaq; institutione offertur. Et præfigurata est hęc oblatio per sacrificium Melchisedech. Christus quippe dicitur sacerdos in æternum secūdum ordinē Melchisedech, qui obtulit Deo panes & vinum in sacrificium. Vnde Melchisedech fuit figura Christi sacerdotij & sacrificij. At Christus seipsum in cruce sub panis & vini nō obtulit speciebus, sed corpus & sanguinem suum sub suis ipsorū proprijs speciebus. In cruce igitur non fecit oblationem secūdum ordinē Melchisedech, sed paulo ante instituerat eā in nouissima cœna, ab apostolis & eorum posteris frequentādam vsq; ad consummationē seculi sub speciebus panis & vini in memoriam sui.

Luc. 22. Psal. 109. Gen. 14. Mat. 26. Luc. 22.

Est itaq; in ipsa missæ celebratione immolatio corporis & sanguinis dominici sub forma panis & vini verum sacrificium & propriū sacerdotij ipsius Christi, secūdum ordinē Melchisedech, quo ipse per ministros ecclesiæ quotidie offertur Deo patri in expiationem peccatorum nostrorum. Hæc oblatio etiam significat per iuge sacrificiū quo quotidie immolabatur agnus, vnus mane & alter vespere, secūdum illud Num̄ 28. Hæc sunt sacrificia quę offerre debetis, Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternū, vnum offeretis mane, & alteruʒ ad vesperum. Et quia hęc omnia in figura cō-

Num.28. tingebant illis: Necesse est & hanc figu-
1.Cor.10 ram respondere alicui rei figuratæ. Nō autem quotidiana illa duorum agnoruʒ oblatio, oblatione Christi semel in cruce fiendam referebat, quoniam hęc semel tantū erat exhibenda, & nō quotidiano vsu, ergo significat illam quotidianam immolationem Christi sub panis viniq; speciebus in missę celebratio-

ne quã faciunt sacerdotes iussu Christi dicentes: Hoc facite in meam commemorationem. Nam hoc facere non solum refertur ad sumptionez & oblationem, alioquin per illa verba non dedisset eis potestatem consecrandi. Luc.22.

Christus semel oblationem perfecit in ara crucis, & effectus eius quotidie deriuatur ad nos, cum sacerdos in persona ecclesiæ præsentat Deo patri memoriã huius oblationis. Hinc fit vt quũ prima oblatio meriti fuerit infiniti, secunda limitata est & finita. Quia etiaz in sacramento eucharistiæ traditur nobis memoriale Christi per modum cibi qui quotidie sumitur. Ideo quantũ ad hoc significatur per mãna, quod quotidie dabatur populo in deserto.

Eusebius Emissenus, Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & quia corpus illaturus syderibus, necesse erat, vt die cœnæ sacramentum nobis corporis & sanguinis consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium &c. Liquet iam cõtra De consecr. dist.2.ca. Quia corpus

hæreticos missam non solum represen-
tare cœnam dominicã, sed & passionẽ,
mortem & oblationem. Claret quoq;
cõtra eosdem Eucharistiam non tantũ
esse sacramentum (id quod ipsi cõten-
dunt) sed simul esse & sacramentum &
sacrificium. Sacramentum quidẽ qua-
tenus repræsentat & sumitur. Sacrificiũ
vero quatenus offert & sacrificat deo.
Hac quoque ratione, missa in qua hæc
peraguntur sacrificiũ dicitur & est.

Pe,1,3. Similiter dicatur ad quatuor sequẽ-
tia, loquuntur enim de prima oblatio-
ne, liquet ex Chrysosto. dicente de ho-
stia Christi. Et qa semel oblata est illa,
oblata est in sancta sanctorũ, hoc autẽ
sacrificium exemplar est illius, idipsum
semper offerimus, nec nunc quidẽ aliũ
agnum, crastina alium sed semper idip
sum, proinde vnum est hoc sacrificiuz.
Infra. Sicut.n. qui vbiq; offertur, vnum
est corpus, nõ multa corpora, ita etiam
& vnum sacrificium, pontifex autem
noster ille est, qui hostiam mũdantem
nos obtulit, ipsam offerimus & nunc q̃

tunc oblata quidem, cõsumi non pōt.
Hoc autē quod nos facimus, in cōme
morationem quidem fit eius quod fa-
ctum est. Ecce quomodo quotidie offe
rimus vnam oblationem, quæ semel
oblata est, licet modus offerendi, per re
cordationem & repræsentationē, longe
differat a prima reali oblatione.

Missam esse testamētum proprie di- De. v.
cere nō possumus, quia & corpus Chri-
sti ibi consecratur, & tamen non dicitur
nouum testamētum. Igitur de sangui-
ne q̄ dixit esse nouum testamentū, in-
telligatur cōfirmatiue. Vt sicut Moses
vetus testamentum cōfirmaturus, acce
pit sanguinem vitulorū & hircorū &c.
& aspersit omnem populū, dicens: Hic
sanguis testamenti, quod mandauit ad
vos Deus. Ita Christus sanguine ꝓprio Heb. 9.
confirmauit testamentū nouum, & in-
troiuit in sancta sanctorū. Porro multa
sunt noui testamenti quę nō pertinent
ad missam, vt baptismus, clauis sacer- Exo. 24.
dotalis. Præterea nō sequitur quia mis
sa est testamentum, ideo non est sacri-

Heb.9. ficium, vt prosequitur rex Angliæ. Et testamentum secundum Apostolū inuoluit mortem testatoris, & missa est testamentum, tunc inuoluit mortem testatoris & ita oblationem.

De.VI. Missa est recordatio passionis Christi, nō nude, sicut laicus simpliciter cōmunicat: sȝ ē huiusmodi memoria, q̄ ibi est actio representatiua totius passionis: & hoc, dixit Christus, facite. Nō solum dixit: Sumite, sed Facite, hoc est (coniunctis prioribus & sequentibus) consecrate, offerte, sumite. Ideo ea pars

Luc.22. missæ actio dicitur. Sicut igit̃ iuge fuit sacrificium in veteri testamento, ita fit iuge sacrificium in lege gratię Christus Iesus saluator noster, nisi dū Antichristus aduenerit, tunc cessabit ad tēpus.

DE VOTIS. CAP. XVIII.

Duo probat axiomata.

Vota esse reddenda scriptura docet, natura dictat, & honestas imperat.

Gen.28. IAcob vouit domino in Bethel.
Deu.23. Cum votum voueris domino deo

tuo, non tarderis reddere, quia requirit illud dominus Deus tuus, & si morat⁹ fueris, reputabitur tibi in peccatũ, si nolueris polliceri absq; peccato eris.

Quod autem semel egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promisisti domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo loquutus es.

Animal qđ immolari potest, si quis vouerit sanctum erit & mutari non poterit, nec melius malo, nec peius bono. Omne quod domino cõsecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, nõ veniet, nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit domino. Leui. 27.

Ista lex est Nazarei, cũ vouerit oblationem suam domino tempore cõsecrationis suæ, & ab initio. Vir siue mulier cum fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint domino cõsecrare, a vino & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Infra: Vuas recentes siccasq; non comedent &c. Nouacula nõ ascendat super caput eius. Num. 6.

Num. 30. Quando votũ mulieris obliget, dominus decreuit in Numeris.

Psal. 57. Vouete & reddite dño vestro, omnes qui in circuitu ei⁹ offertis munera.

Vota mea reddã in cõspectu oium.

Tibi reddam vota mea quæ distinxerunt &c.

Sapiẽs ait. Vota iustorũ placabilia.

Pro. 15. Eccle. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enĩ ei infidelis & stulta promissio, sed quodcunq; voueris redde, multoq; melius est non vouere, q̃ post votum promissa non reddere.

Esa. 19. Esaias ait. In die illa. s. euangelij colent eum hostijs & muneribus, & vota vouebunt domino & soluent, & placabitur illis & sanabit eos.

Mala. 1. Maledictus dolosus qui hẽt in grege suo masculum & votum faciẽs, immolat debile domino. Quia rex magnus ego, dicit dominus.

1. Tim. 5. Adulescentiores viduas deuita, cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerũt. Si

viduæ iuniores damnationem habēt, quia primam fideꝫ irritam fecerunt: qd tunc de Monachis, Fratribus, & Nōnis nostris, Lutheranis, sacrilegis, fornicatoribus; & adulteris?

Rechabitæ dixerunt. Nō bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster pręcepit nobis dicens: Nō bibetis vinum vos & filij vestri vsq; in sempiternum, & domum non edificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cūctis diebus vestris &c. & commendantur ibi a dño. Hier. 35.

Secundum axioma.

Et vota perpetua esse meliora, propter perseuerantiam.

Confido in hoc ipsum, quia qui cœpit opus bonum in vobis perficiet vsq; in diem Iesu Christi. Philip. 1

Oīa possum in eo qui me cōfortat. Ibidē. 4.

Hæc dicit dominus Eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint foedus meum, dabo eis in domo mea & in muris Esa. 56.

meis locum, & nomẽ melius a filijs & filiabus, nomẽ sempiternum dabo eis, quod non peribit.

Mat. 19. Sunt Eunuchi qui seipsos castrarunt propter regnum cœlorum, qui potest capere capiat.

1.Cor.7. Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanserint sicut & ego: quod si se non continẽt, nubãt. Infra: De virginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do, tã quam misericordiam cõsequutus a domino, vt sim fidelis, Constat iam iure diuino licitum esse vouere, & preceptũ exequi de continendo, de non bibendo vinum &c.

Dionysius in epistola ad Caiuȝ meminit claustralium, & appellat eos cultores & cultrices, therapentas: similiter Ignatius in episto. ad Tharsen. firmat.

Obijciunt hæretici.

1 Christus donauit nobis libertatẽ vota redigunt in seruitutem.

2 Christus voluit consilia esse libera, & votarij faciunt illa præcepta.

3 Sunt adinuentiones humanæ, & addunt ad scripturam. Deute. 12. Non addas ad verbum quod loquutus sum, nec minus. Apoc. 22. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illũ plagas scriptas in hoc libro.

4 Vota non renouant internum hominem, sed solum exteriora opera, quę magis hypocritas faciunt, quam sanctos. Ideo dixit Paulus: Exerce te ad pietatem, nã corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autẽ ad omnia valet. 1. Tim. 4

5 Porro opera illa externa extinguũt fidem, eneruant spem, cum illis fiditur, plus quam misericordiæ Dei.

6 Votarij traditiones suas pluris faciunt quam mandata dei. Luc. 11. Væ vobis scribæ & pharisæi, qui decimatis mentam & rutam, & quoduis olus, & p̃teritis iudicium & charitatem Dei.

7 Baptismo fidelis est astrictus ad regulam Euangelicam, præsumptuosũ est se velle ad maiorẽ regulã coartare, quũ oĩ conatu non possit plus p̃stare.

Respondet votarius Christianus.

Vota bene redigunt in seruitutem
Ro. 8. Christi, at hæc seruitus est summa libertas. Vnde Apostolus: Liberati a peccato, a peccato, serui facti estis iustitiæ & deo. Imo seruire deo, est regnare cum ipso. Vnde obligatio ad voti redditionem in nullo repugnat libertati Christianæ, eoq; sicut obligatio ad præce-
2. Pet. 2. ptorum adimpletionē. Et sicut præceptorum transgressio, ita & votorum nō obseruātia deijcit in seruitutem peccati. Vnde Lutherani votorum suorum transgressores serui sunt corruptionis turpissimi.

De. 2. Consilia sunt libera in cōmuni, sed
C. de pa- accedente promissione fiunt obligato-
ctis. l. pa- ria. De hominibus, ait prætor, pactum
cta. seruabo, cur Deo pacta non seruaremus? ideo deus non præcepit vota fieri, sed vota reddi.

* Vt enim matrimonium ante contractum liberum est, vbi autem contractum fuerit firmum & indissolubile est, adeoq; necessarium, vt citra grande

placulum (extra seruatoris casum) diuortium cogitari non possit. Ita & de voto. Vnde Innocentius Papa tertius: Licet vniuersis sit liberum arbitriuȝ in vouendo, vsqueadeo tamē solutio necessaria est post votum, vt sine propriȩ salutis dispendio alicui non liceat resilire. Vnde Saluator: Nemo mittēs manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus ē regno dei. Et memores estote vxoris Loth, quæ retrospiciens, conuersa est in statuam salis. Qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Et Apostolus: Tantum qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. i. vsque ad mortem. Ruina enim est homini deuotare sanctos, & post vota retractare. Reddite igitur o vicarij, quȩ sunt dei, (hoc est, vota vestra) deo, vt salui fieri mereamini.

Matt. 19

Lu. 9. 19

Gene. 19

Mat. 10 & 24.

2. Thes. 2

Prou. 20

Matt. 22

Etsi regulæ monachorum & fratruȝ ab hominibus sint conditæ, fluunt tamen & fundantur in sacris literis, nam in his nihil aliud habetur, quam saluberrima monita euangelij, & compen

De. 3.

diariæ illius viæ. Quomodo nihil debeat addi sacris litteris, fuit dictum puncto duodecimo obiectione secunda.

De. 4. Opera externa a regulis dictata, nõ renouant hominem internum, tamen adiuuant spiritum, ne nimium corpus aggrauet animam. Quæ si fiant solũ vt videantur ab hominibus hypocritica sunt, si ad gloriã dei, laudabilia Apostolus non vult nihil esse exercitationem corpoream, sed modicã esse si ad pietatem conferatur.

De. 5. Adeo externa opera non exigunt fidem, vt illis maxime nutriatur, quia fides sine operibus mortua est. At si qs in operibus præsumeret, iam ille merito reus esset. Si feceritis omnia quæ pcepta sunt vobis, dicite quia serui inutiles sumus.

Luc. 17

De. 6. Qui negligunt præcepta dei male faciunt, siue sint religiosi, siue laici.

De. 7. Vt commodius religiosi perficiant præcepta euangelica, & quod in baptismo promiserunt, ideo voueant regulas tanquam promouentia, vt expedite

Deo seruiant.

Vota Monastica esse Euangelica & Christiana.

Attende Christiane Lector circa p̄dicta vota monastica, quę in cuiuscū𝔮 religionis professione emittuntur & obseruantur, esse de consultis a Christo in Euangelio, ad faciliorem expeditioreḿ𝔮 diuinorum præceptorum (in quibus Christianæ vitæ perfectio consistit) obseruationem, nempe paupertate, castitate, & obedientia, cum firma earundē adimpletione, & indefectibili sui sequela, hoc est, vt non solum aliquis ad tēpus (sicut instabiles apostatæ, qui ad tempus credunt & sequūtur, & in tempore tentationis recedunt) sed vt firmiter & indefectibiliter hæc implendo ad mortem vsq; Christum sequatur, ita vt vlterius retro non abeat iuxta illud qđ cuidam discipulo volenti primum sepelire patrem suum & tuȝ se sequi, dixit: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et iterum: nemo mittens manum suam ad aratrum &c. Vn Matt. 9. Luc. 9.

de consules diuiti adulescenti paupertatem, dixit: Si vis perfectus esse, diuenditis omnibus quæ habes, & in pauperes erogatis, sequere me. Item Apostolis ex suis verbis inferentibus, non expedire nubere ait: Non omnes capiũt hoc verbum, sed quibus datum est, distinguensq; triplex Eunuchorũ genus, castitatem cõmendans dixit: Sũt qui castrauerunt semetipsos propter regnũ cœlorum. Paulus itidem suadens simulq; extollens supra matrimonium
1.Cor.7. virginitatem, inquit: Beatior autẽ erit
Luc.2. virgo, si sic permanserit. Obedientiam nusquam nõ docuit Christus subditus
Philip.2. puer matri virgini & Ioseph, obediẽsq;
Sapiẽ. 2. deinde deo patri vsq; ad morteʒ crucis turpissimam: Hæc autẽ pauperis Christi in paupertate sequela, hæc spiritualis castratio, & ad mortem vsq; obediẽtia firmãtur, roborãtur & immobilitantur per emissa in professione earundeʒ obseruãdorum vota, vnde gloriosa virgo angelo sibi nuntianti filij Dei con-
Luc.1. ceptioneʒ dixit: Quomodo fiet istud,

quoniam virum non cognosco, id est, virginitatē firmiter seruare proposui. August. Beata Maria proposuit se seruaturam votum virginitatis in corde, sed ipsum votum virginitatis non expressit ore, subiecit se diuini dispositioni, dum proposuit se perseueraturā virginem, nisi Deus ei aliter reuelaret &c. quod postea vna cum suo sponso Ioseph creditur emisisse, & a nemine catholico dubitatur perpetua virgo perpetuo seruasse. Ita & apostoli intelligūtur vouisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christū relictis omnibus sunt sequuti. Imo nōnulli discipuli leguntur in actibus Apostolorū expresse vouisse, votaq; sua reddidisse. Aquila enim totonderat sibi caput (.s. more Nazaręorum) quoniam habebat votum. Et iterū: Sunt nobis quatuor viri, votū habentes super se: his assumptis, sanctifica te cū illis. Ita hortabantur fratres Paulum, quod & fecit. Sunt igitur in his a Christo & paulo consultis, simul & earūdem vota cōsulta, atq;

17.q.1.c. Btā virgo

Mat.19.

Act.18. & 21.

proinde vere euangelica & Christianã nihilq; euangelicæ libertati repugnantia, quin magis eam perficientia & corroborantia.

Cæterum varietatem rituũ, ceremoniarum, abstinentiarum, exercitiorum, habituum, & id genus aliorũ in diuersis ordinibus religionis statui pfectioni ve nihil obsistere, ex Christo seruatore suoq; Baptista Ioanne & vtriusq; discipulis liquido constat. Hic enim habebat vestem de pilis camelorum escaq;
Mat.3.
Luc.1.
Mat.21.
eius erant locustæ & mel syluestre: vinum & siceram non bibit. Ille vero veste, cibo, potuq; vtebatur cõmunibus, vnde ait: Venit Ioãnes non manducãs neq; bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducãs & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorũ & peccatorũ amicus. At qui vt tunc inuidi Iudæi, de vtroq; temerarie peruerseq; iudicabãt. Ita & modo impii hæretici de religiosis. At coherceant corrigantq; linguam maledicã, blaterantes eorum vota dia-

bolica figmēta: nisi forte execcatis exe
cæcatiores Iudæis malint dicere Chri-
stum, non vt illi hominem voracē, vini
potatorem, & habere dæmonium, quū
magis ipsissimū diabolum, eiusq; euā
gelium non diuinam, sed diabolicam
asserere doctrinā. Quod q; aperte ex
hac eorum hæresi sequatur, patet sic ra
tiocinando. Vota religiosorū sunt fig-
menta diabolica. At Christus hæc con
suluit in Euangelio, ergo Christus est
diabolus eiusq; Euāgelium diabolicū,
maior est hæreticorū, minor Christi &
Pauli, vt patet ex supra dictis. Conclu-
sio sequitur syllogistice ex præmissis.
Ecce in quātam incidunt blasphemiā
blasphemi hæretici. Sed cœlum hoc in
eos retorquendo, subsumatur sub mox
illata cōclusione, prosyllogizando hoc
pacto. Christum autem dicere diabo-
lum, diabolicūq; eius euangelium, im
pium est, hæreticum & blasphemum.
Imo nihil magis impium, hæreticū aut
blasphemū. Sunt proinde dicētes vota
monastica diabolica, impijssimi hære-

tici atq; diabolicissimi blasphemi. Religiosi vero votarij reddentes vota sua domino, pij catholici veriq; euangelici Christiani, eorumq; vota pia, euangelica, & vere Christiana. Tantum abest, vt dicantur impia & diabolica figmenta. Chrysost. in desen. monast. scripsit tres libros. Vide eundem Homi. 56. prope finem super Matthæum.

DE COELIBATV
Clericorum. Cap. 19.

Matt. 19. 1. Cor. 7. CVm in superiori puncto Christus laudauerit se castrátes propter regnum Dei, & Paulus virgines, sequitur improbátes cœlibatum Leui. 21. Christum & Paulum conculcare. Scortum & vile prostibulum non ducet sacerdos vxoré, nec eam quæ repudiata est a marito, quia consecratus est Deo suo, & panes propositionis offert. Sit ergo sanctus quia & ego sanctus sum dominus, qui sanctifico vos. Et hodie offerentibus panem viuū, qui de cœlo descendit, Luther permittit cócubinas

& ſcorta ducere.

De ſummo ſacerdote: virginẽ ducet vxorem, viduam autẽ & repudiatã & ſordidam, atq; meretricẽ non accipiet. Ibidem.

Et viduam & repudiatam non accipient vxores, ſed virgines, de ſemine domus Iſrael. Sed & viduam, quæ fuerit vidua a ſacerdote, accipient. Ezec. 44

Deus Moſi non præceperat in præparando ad receptionẽ legis, ne appropinquarent vxoribus ſuis, & tamẽ Moſes inhibuit eis, dicens: Eſtote parati in diem tertiũ, & ne appropinquatis vxoribus veſtris. Exo. 19.

Dixit Abimelech ad Dauid: Nõ habeo laicos panes ad manum, ſed tantũ panem ſanctum. Si mundi ſunt pueri, maxime a mulieribus, manducent. 1. Reg. 21

Volo autẽ vos ſine ſolicitudine eẽ: qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ dñi ſunt, quomodo placeat Deo: qui autẽ cũ vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mũdi, quõ placeat vxori, & diuiſus eſt, & mulier innupta & virgo, cogitat q̃ dñi ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. 1. Cor. 7.

Ibidem. Paulus monet coniugatos, vt aliquanto tempore abstineant ab vsu cõiugali, vt commodius vacent orationi. At sacerdotes perpetuo debent astare altaribus, perpetuo itaq; abstineant a coniugio.

Canõ apo stolo. 17 Si quis post baptisma secundis nuptijs fuerit copulatus, aut cõcubinam habuerit, nõ potest esse nec episcopus, nec presbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deseruiunt.

Cõcilium Carthag. Placet, vt episcopi, presbyteri & diaconi, vel quæ sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, ab vxoribus se abstineant. In ti. 3. dicitur, vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoq; custodiamus.

Cæsarïēse. Presbyter, qui uxorẽ duxerit, ab ordine suo illũ deponi debere statuim9. Quod si fornicarius fuerit, uel adulterium cõmiserit, extra ecclesiam abijciatur, & pœnitentiam agat. Presbyter si uxorem duxerit, ab ordine deponatur.

Hieronymus contra Vigilantiũ in

ſtebitur contra epiſcopos, qui non ordi nabant diaconos, niſi prius duxiſſent uxores, nulli cœlibi credentes pudicitiam. Imo oſtendentes q; ſancte uiuát, qui male de omnibus ſuſpicant, & niſi prægnantes uxores uiderint &c. Christi ſacramenta non tribuūt. Quid facient orientes eccleſiæ? Quid Aegypti, & ſedis apoſtolicæ? Quæ aut uirgines clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi uxores habuerint, mariti eſſe deſinunt.

Calixtus Papa ſtatuit ante mille trecentos annos, preſbyteris, diaconis & ſubdiaconis, & monachis, concubinas habere ſeu matrimonia contrahere, penitus interdicimus.

Auguſtinus: Sed forte dicatur, ſi licet & bonum eſt nubere, cur ſacerdotibus non licet habere? Chryſoſt. homil. 21. parte. 4. ad Theodorū Monachū, improbat uotariorū matrimonia. Policarpus: Virgines in caſta conſcientia ambulate. Ergo tunc erant perſeuerantes in uirginitate, ſicut Matthæus Iphigeniam cóſecrauit. Origenes homi. 23.

Auguſtin. q. noui & vet. teſta. q. vlti. ad Philip.

super Numeri. Videtur mihi quod illius solius est offerre sacrificium indesinẽs, qui indesinenter & perpetuæ se deuouerit castitati.

Obijcit hæreticus.

1 Sacerdotes ueteris legis habebant uxores.

2 Græci in hunc diem, & Calabri habent uxores.

Gen.2. 3 Crescite & multiplicamini.

1.Tim.4 4 Paulus pdixit, uenturos attẽdentes spiritibus erroris, qui phibẽt nubere.

Ad Tit.1 5 Præcepit Tito, ut deligat unius uxoris uirum episcopum.

6 Castitas est libera, traditiones faciũt necessariam.

1.Cor.7 7 Melius est nubere quam uri.

8 Votum de uirginitate est stultum, quia impossibile: & Papa humanis traditionibus vult mortificare carnem, ubi deberet recurri ad gratiam Dei.

De.1. In his est radix eorum quæ Ionas ille impurus contra Fabrum nostrum effutiunt.

Primum diluit Ambrosius super epi

ſtolas ad Timo. Veteribus idcirco hoc cóceſſum eſt Leuitis & ſacerdotib⁹ vxores habere, quia multum tp̄s ocio vacabát a miniſterio & ſacerdotio: multitudo enī erat ſacerdotū, & vnuſquiſq; certo tpe ſeruiebat ſm inſtitutū Dauid, q 24. claſſes conſtituit ſacerdotuз. Infra. 1. Para. 24

Nunc aūt oēs a ꝯuentu fœminæ abſtinere debent, quia neceſſe eſt eos quotidie ī eccleſia præſto eſſe, nec habere dilationeз. Et quia ſoli de tribu Leui miniſtrabant, ideo vt conſeruarentur per propagationem non poterant ſeruare perpetuam caſtitatem, alioqui defeciſſent miniſtri templi. Porro aliquot diebus abſtinebant ſacrificaturi in veteri teſtō. Et ſacerdotes veteris teſtamenti tractabant panes propoſitiones, carnes hircoꝝ, boum, agnoꝝ &c. Noſtri ſacerdotes, corp⁹ & ſanguiné xp̄i tractāt.

Græci habent vxores, at nullus ſacerdos apud Græcos ducit vxoreз: ſed bene qui duxit vxorem virginem, ordinatur in ſacerdoteз. Quod ſi vxor moriatur, remanebit viduus. Coniugatus De. 32

Itaq; efficitur sacerdos, sed sacerdos nũquam efficitur cõiugatus. Vnde a morte Saluatoris nõ est auditum, sacerdotem duxisse vxorem, nisi quod iam temere attentant audaculi Lutherani.

De. 3. Præcepit hoc Deus quando erat replenda terra, at modo cœlum: tũc pauci erant prolificãtes, iam innumeri. Vnde lex illa non est de permanentibus, quoad singulos de multitudine; alioquin Ioannes Baptista peccasset, q virgo permansit. Peccasset Maria quę virginitatẽ proposuit. Peccasset Paulus, q consuluisset virginitatem, Christus nõ laudasset eunuchos.

✻ Vnde præceptum illud etiam confirmatum a saluatore Matt.19. Quod Deus coniunxit, homo non separet, datum est toti multitudini hominum nõ autem cuilibet de multitudine, sicut ẽt præceptum de agricultura. Non enim oportet singulos homines, aliquos tamen necesse est esse agricolas. Ita etiã non oportet omnes & singulos homines vacare generationi, necesse tamen

est aliquos hominū propagationi operā dare. Ita est de multis alijs, necessarijs quidem toti communitati. Non tamen oportet illam per oēs & singulos fieri, sed sufficit qđ per aliquos fiant.

Ecclesia non ꝓhibet nuptias, sed qñ aliqui sunt voto alligati, prohibet votū violari. nam ante votum liberꝫ erat nubere, sicut coniugatus est prohibitus cō trahere sic ecclesia non vult vouenteꝫ tradere potestatem sui corporis alteri, quod tradidit Christo. Tales autem hæretici, quos prædixit Paulus, fuerunt Marcion & Mantes qui dānauerunt nuptias. De. 42

Paulus non præcipit episcopum esse coniugatum, alioquin nec ipse, nec Titus fuissent episcopi: sed noluit episcopum esse bigamum, ita Hieronym⁹ & alij. Hinc bigamum nō admittit ecclesia hic edocta a Paulo. Et ita hic modum descripsit Paulus, intra quem se contineat episcopus, ne ducat secundam vxorem. De. 83

✱ Vnde quāuis is qui multas habue

rit concubinas, ordinetur in sacerdotē; vel episcopum, non tamen qui plures legitimas habuit vxores. Cuius ratio ē, quia hæc institutio est non ꝓpter incō tinentiam tātum, sed propter repræsen tationem sacramēti. Sponsus enim ec clesiæ (quem sacerdos repræsentat) est Christus, & vna est ecclesia. Canticorū 5. Vna est columba mea. Et ideo biga mum ecclesia non admittit. Hæc Augu. in sen. lib. de bono coniugali.

De. 6. Castitas est libera, sed præcepta vo uenti, nec tamen repugnat libertati spi tus, sed promouet. Nam etiam Deus li bere producit, spiritum sanctum & ne cessario.

De. 7. Melius est nubere quam vri, sed bo num est homini mulierem non tange re. Non vult Apostolus illum vri qui a carne tentatur, sed illi vritur, qui a con cupiscentiæ flāmis superatur: huic me lius est nubere, quam perpetuo in sor dibus volutari. Dic contrarium, & Pau lum facies nubentem, quia patiebatur Mat, 11. stimulum. Fateor difficile esse contine

se, at regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Tentamur, omnes a carne, at fidelis est deus, qui non patitur nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere. 1.Cor.10

Dicis votum illud esse impossibile. De. 8. Si respicis ad naturā etiam multa alia sunt impossibilia nobis: si respicis gratiam Dei adiutricem, nihil est impossibile, quia possunt capere, quibus hoc datum est. Ideo sapiens ait: *Scio quoniam aliter non possum esse continens nisi Deus det.* Sapien. 8 Et hoc ipsum erat sapiētia, scire cuius esset hoc donum. Nouū genus vincendi tentationes carnis adfert nobis hæreticus, vt scilicet desyderijs carnis obediamus ꝯ totā scripturā.

DE CARDINALIbus & Legatis *Sedis* Apostolicæ, Cap. XX.

CHristus associauit sibi. xij. Apostolos. 72. discipulos, illos mittebat vbi opus erat. Matt. 10. Mat. 6.

Et fecit vt essent duodecim cum illo,& vt mitteret eos prædicare.

Lucæ.10. Post hæc designauit dominus & alios.72.& misit illos binos ante faciẽ suã in omnem ciuitatẽ. Sic Papa sibi adhibet assistẽs Cardinales,& forte prius in re discipuli fuerunt Cardinales, quam Apostoli. Bernardus ad Eugenium: Hi quoq; tibi continuo assistunt, seniores populi, orbis iudices, collaterales, coadiutores.

Isidorus testatur S. Petrum in vrbe Roma delegisse sibi assistentes sacerdotes & Diaconos. In sui enim adiutoriũ assumpsit Linum, Cletum & Clementem. Linus crescente ecclesia, presbyteros.10.& episcopos.11.consecrauit. Sic Cletus, sic Clemens sic Anacletus fecerunt. Tamen Euaristus primus titulos, id est ecclesias cũ plebibus in vrbe Roma presbyteris diuisit, septẽ diaconos instituit, qui Romanum Põtificem obseruarent. Marcellus aucto iam numero, titulos quinq; &.20.in vrbe constituit, vt baptismo & sepulturæ prospice

rent. In primitiua ecclesia nō dicebantur nisi presbyteri & diaconi vrbis Romæ, tamen postea inditum fuit eis nomen Cardinalium, vt aliquæ historiæ volunt sub Pontiano Papa, aliquę sub Marcello, aliquæ sub Syluestro, aliquę adhuc recentius nomen existimant. Hinc solent beatum Hieronymum p̄sbyterum vrbis Romæ appellare, non Cardinalem: licet Donatio Constantini indicet antiquius fuisse Cardinaliũ nomen, tamen reijci non potest, quin Stephanus Papa nomine illo vsus sit, quando constituit nullum eligi pontificem, nisi ex Cardinalibus. Inuenio autem tempore Symachi Papę & Gregorij secundi. 64. fuisse titulos in vrbe Roma, puta Laurentii. Ceciliæ, Sixti, Marcelli, Susannæ, Anastasiæ, Mariæ trās Tyberim, Ioannis & Pauli &c. Ad concilium Nicenum, Syluester misit Cordubensem episcopū. Victorem & Vincentium presbyteros vrbis Romæ. Ad Africanum concilium, in quo fuit Augustinus, misit Zozimus Papa Fausti-

dist. 78. cap. oportebat

n̄um episcopum, Potentianum, Philippum, & Asellum presbyteros vrbis Romæ. In caussa appellationis sup depositione episcopi decreuit cōcilium Nicenum, Papam cōmittere caussam episcopis vicinis, aut e latere suo presbyterum mittat. Ecce legatos a latere tēpore cōcilij Niceni ante. M.cc.annos. Syluester misit ad Conciliū Arelatense Claudum & Habitum presbyteros, Eugenium & Quinatum diaconos ecclesiæ Romanæ.

Legati a latere.

Tempore Martyrum solebant legatos appellare apochrisarios, sicut Sanctus Fabianus Papa & Zepherinus miserunt Apochrisarios suos in oriētem. Leo Papa misit ad Concilium Calcedonense Paschasium & Lucensem episcopos, & Bonifacium presbyterum Roma. ecclesiæ. Sub Agathone Papa legati ad. 6. synodum fuerunt Theodorus & Gregorius presbyteri, Ioannes diaconus. In. 7. synodo legati fuerūt Petrus, Petrus presbyteri, & Abbas monasterij sanctæ Sabinæ. In. 8. synodo missi

sunt

sunt Donatus Hostiensis, Stephanus Ephesinus Episcopi, Marinus Diaconus ecclesię Rom. & Anastasius famosissimus bibliothecarius. Missi fuerant a Leone ad secũdam synodum Ephesinam, Iulius episcopus, Hylarius diaconus, & Dulcitius prothonotarius, licet non voluerunt adire synodum, intelligentes dolos Dioscori. In Sardicensi concilio missus fuit Osius Cordubensis (idem qui in concilio Niceno) cũ Fortunatiano Aquilegiensi & Vincentio de Capua. In cõcilio Francfordensi ad Menum, legati sedis apostolicae praesidentes, fuerunt Theophylactus & Stephanus episcopi, quãdo hęresis Feliciana fuit dãnata, quae vsum imaginum in ecclesia prohibebat. Fusius ista inuenies in libro nostro de primatu Petri, lib. 3. cap. 19.

DE EXCOMMVNIcationibus, Cap. 21.

POtestatem excõmunicandi instituit Christus, loquens de fraterna Mat. 18.

correctione, post alia inquit, Dic ecclesiæ, Si autem ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

※ Patet hic manifeste, excõmunicationem fieri authoritate Christi, maxime ex his quæ subiungit dicens: Amē dico vobis, quæcunq; alligaueritis sup. terram, (glosa.i. vinculo anathematis) erunt ligata & in cœlo. Vbi dicit Chrysosto. Vide qualiter duplicibus colligauit necessitatibus, & pœna quę hic est, scilicet proiectione ab ecclesia, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & supplicio futuro, qđ est esse ligatū in cœlo.

Aug. habetur. xi. q. 4. cap. Nihil. Augustinus super Ioã. Nihil sic debet formidare Christianus, q̃; separari a corpore Christi. Si eni; separatur a corpore Christi, nõ est membrum eius. Si non est membrum eius, non vegetatur

Rom. 8. spiritu eius. Quisquis aũt, inquit apl's, spiritum Dei nõ habet, hic nõ est eius.

Hieronymus: Quorum retinueritis peccata &c. retenta erunt, id est, quibus interdixeritis ecclesiam, nisi recõciliati per satisfactionez fuerint, & ipsis ianua

regni cœleſtis clauſa erit.

Ego quideȝ abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſensȝ 1.Cor.5
eum qui ſic operatus eſt, in nomine domini Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute domini Ieſu, tradere huiuſmodi Satanę in interitum carnis, vt ſpirtus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti. * Vbi ſcitoq̄ in D.ſ.4. primitiua eccleſia qñ oportebat per ſigna hoies ad fidē inuitare ſicut ſpiritus 1.a.1. ſancti donuȝ, viſibili ſigno manifeſtabatur. q.2.ſe Ita & excōmunicatio corporali vexatione a diabolo innoteſcebat. Auguſtinus de verbis apoſtoli ſer.68. Oīs Chriſtianus dilectiſſimi, qui a ſacerdotibus excōmunicatur Satanę traditur. Quomodo? quia ſcilicet extra eccleſiā diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus, ac per hoc quaſi diabolo traditur qui ab eccleſiaſtica cōmunione remouet. Vnde illos quos tunc apoſtolus Satanæ eſſe traditos prædicat excōmunicatos a ſe demonſtrat.

Vide q̄ mala ſit excōmunicatio, q̄

in parasceue ecclesia pro Iudæis & paganis orat, sed non pro excõmunicatis.
1.Tim.1. Quidam circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander quos tradidi Satanæ, vt discát non blasphemare.
1.Cor.4. Huius potestatis meminit Paulus. In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?
2.Cor.13. Ideo hic absens scribo, vt non præsens durius agam secũdum potestatẽ, quã dedit mihi in ædificationem & nõ in destructionem.
1.Cor.16. Si quis non amat dominũ nostrum Iesum Christum sit anathema maranatha .i. in aduentu domini.
2.Thes.3. Quod si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hũc notate, & nõ cõmisceamini cum illo vt cõfundatur.
Act.5. Petrus Ananiam & Saphiram pro defraudatione precii agri nõ solum excõmunicauit, sed sententia mortis dãnauit. Ex quo patet, ꝙ ecclesiæ licet pro temporalibus dãnis excõmunicare.
¶ Aug. in quæstionibus vet. test. Hoc

iam in ecclesia dei agit excōicatio, q̄ in veteri lege fuisse legitur interfectio. Augu. q. 39. super deut.

Orige. Non solū per apostolos suos Deus tradidit delinquentes in manus inimicorum, sed & per eos, qui ecclesiæ præsident, & potestatē habent non solum soluendi, sed & ligandi, tradūt peccatores in interitū carnis, cum pro delictis suis a corpore Christi separātur, & sequitur postea, qūo homines dupliciter traduntur in potestatem diaboli. Iudicum homil. 2.

Ambrosius super psal. 118. loquens excōmunicatione subdit. Recte ergo & sacerdos vulnus, ne latius serpat a toto corpore ecclesiæ, quasi bonus medicus, debet abscindere, & prodere virus criminis quod latet. Sermo. 8. 1.

Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eū in domum, nec aue ei dixeritis, qui. n. dicit illi aue, cōmunicat operib⁹ eius malignis. 2. Ioa.

Scripsi vobis non cōmisceri fornicariis, auaris aut rapacibus, aut idolis seruientibus: infra, cū eiusmodi nec cibū sumere, ecce excommunicatio. 1. Cor. 5.

Hæreticum hominem post vnam & secūdam monitionem deuita. Hic habes hæreticos fore excōmunicatos.

Obijcit hæreticus.

1 Excommunicatio non est pœna, sed vna declaratio, quia quilibet per peccatum excōmunicat seipsū, & postea iudex declarat illū esse excōicatum.

2 Excōmunicatio est medicinalis li. 6. de sen. excōmunica. cum medicinalis. Ideo non est timenda, sed amanda.

Respondet Catholicus.

Pro huius argumenti solutionis intellectu scito, ꝙ excōmunicatio est separatio a cōmunione ecclesiæ quo ad fructum & suffragia generalia. In primo importatur separatio a sacramentis. In secundo vero separatio a cōmunione fidelium quantū ad spiritualia. Vel dicit, ꝙ excōmunicatio est a quaslibet licita cōmunione fidelium separatio. Triplex autē est fidelium cōmunio. Vna extrinseca in simul orādo in ecclesia, in missis & officijs diuinis, & in huius cōmunicationis priuatione non

ſolum conſiſtit excommunicatio. Alia eſt intrinſeca, per charitatem vnientem Chriſti membra per fidem formatá capiti Chriſto & reliquis eius membris de qua dicit pſalmus: Particeps ego ſum omnium timentiũ te. Et hanc tollit peccatum, & non excõmunicatio. Tertia eſt cõmunio extrinſeca ſimul & intrinſeca, ſecũdum cõmunia ſuffragia quæ in eccleſia ab inſtitutione eccleſiæ fiũt: vt in miſſis & alijs orationibus. De qua dicitur in ſymbolo: Sanctorum cõmunionem. Et hanc tollit excõmunicatio, & ſupponit ablatam cõmunioné ſanctorum per charitatem. His præmiſſis dicitur ad argumentum, ꝙ excõmunicatio eſt pœna iflicta vel a iure vel ab homine, & non ſolũ declaratio pœnę: nam clare beatus Paulus indicat Corinthium non traditũ diabolo, ſed tradendum. Porro ꝙ inquit, quélibet per peccatum ſeipſum excõmunicare, verum eſt excõmunicatione minori: ſed illa licet priuet hominẽ gratia diuina, tamen adhuc manet peccator vnius ec

clesiæ, & mystico corpori ecclesiæ coniunctus, tanquā membrum aridum, at in excōmunicatione maiori præscindit de corpore. Non quod omnino nō sit de ecclesia: quia quādiu tenet veram fidem, est in ecclesia: sed quia priuatur participatione suffragiorum ecclesiæ. Quod cōpetit homini, vel ex vi charitatis, vel ex intentione ecclesiæ, generaliter volentis sua merita omnibus mēbris non præcisis conuenire.

Et illius geminæ excōmunicationis meminit Origenes, in illa homil. scđa Iudicum. Præterea si etiam per peccatum quis se traderet diabolo, tamē per sententiam ab homine vel a iure latā, diabolus adhuc maiorem in eo accipit potestatem. Liquet de Iuda, quem primo inuasit diabolus cū iam cogitasset tradere Christum. Intrauit autē satanas
Luc. 22. in Iudam (ait Lucas) & abiit, & loqu-
Ioā. 14. tus est cum principibus sacerdotū &c. Et Ioannes ait: Cum diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes &c. tamen postea adhuc ma

gis intrauit & possedit eum diabolus, eodem Ioãne dicente: Et cũ intinxisset panẽ, dedit Iudæ Simonis Iscarioth: & post buccellã introiuit in eũ Satanas.

Excõmunicatio est medicinalis, verum si non contemnatur: nam ex fine dicitur medicinalis, quia ordinatur in hunc finẽ, ꝙ ille resipiscat & pœniteat, ac satisfaciat ecclesiæ. Nullus autem amabit excõmunicationem, nisi qui obstinatus magis vult tradi Satanæ, ꝙ̃ seruire Christo, & ab ecclesia vult haberi sicut ethnicus & publicanus. Vnde Gregorius dicit: Sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est. Tantum abest, vt sit amanda.

DE BELLO IN turcas. Cap. XXII.

Sub existẽte rationabili caussa, bẽligerare possunt Christiani, in Turcas & hæreticos.

Interrogabant Ioannem & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neq; calũ-

nīam faciatis, & contenti estote stipen=
dijs vestris. Liquet quia bellum non ꝓ
hibuit, sed bellātibus modū imposuit.
Rom, 13. Omnis anima potestatib⁹ sublimio
ribus subiecta sit: non enim est pote
stas nisi a Deo. Infra: Si autem malum
feceris, time: non enim sine caussa gla
dium portat Dei, Dei enim minister est,
vindex in iram ei qui male agit.
* Vnde filij Israel a Deo sibi datam
terram promissionis non nisi bellando
obtinuerunt, vt patet in libris Iosue, Iu
dicum, & Regū. Imo voluit dominus
deus continuum eos habere bellū con
tra infideles. Vnde dicitur Iudic. 3. Hæ
sunt gentes quas dominus dereliquit,
vt erudiret in eis Israelem, & omnes q
non nouerant bella Chananæorum, &
postea discerent filij eorum certare cum
hostibus, & habere cōsuetudinē ꝓliādi.
Hier. 48 Maledictus qui prohibet gladium
suum a sanguine.
Totum vetus testamentum plenum
est, quomodo iussu & auxilio Dei, Iu
dæi non modo restiterunt infidelibus,

sed etiam eos inuaserunt Abrahã, Moses, Iosue.

Hæc dicit dominus exercituum (ait Samuel ad Saul) Recensui quæcunq; fecit Amalech, Israel quomodo restitit ei in via cum ascéderet de Aegypto nunc ergo vade & percute Amalech, & demolire vniuersa eius. Non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice a viro vsq; ad mulierem & paruulum atq; lactãtem, bouem & camelum & asinum: Quis iam fuit cõciliarius domini, aut quis nouit sensum eius, quando sit tempus, vt velit puniri Turcas per Christianos, sicut puniuit Amalechitas per Iudæos? 1 Reg. 15.

Hortabantur Machabæi seinuicem, dicentes: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnauerimus aduersus gẽtes, pro animabus nostris & iustificationibus nostris, citius disperdent nos a terra. Et cogitauerũt die illa, dicentes: Omnis homo qui venerit ad nos die sabbatorum, pugnemus aduersus eum, & non moriemur omnes 1. Mac. 2.

sicut mortui sunt fratres nostri. Et collè gerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos indignatione sua &c. Ita & nos Christiani, nisi aduersus Turcam, crucis Christi hostem ferocissimum, pugnauerimus, citius disperdet nos, delebitq; nomē christi e terra. Id quod optare videntur isti fabule mentientes pugnare cōtra Turcam, esse contra Christi Euangelium.

1.Mac.3. Surrexit Iudas Machabęus, & adiuuabant eum fratres eius, & vniuersi qui se coniunxerant patri eius, & præliabātur prælium Israel cum lætitia & dilatauit gloriam populo suo.

Ibidem Nos pugnabim⁹ pro animabus nostris & legibus nostris, & ipse dominus conteret eos, scilicet gentiles, ante faciem nostram.

1.Mac.5. Abiit Simon in Galilæam, & commisit prælia multa cum gentibus.

1.Mac.13 Dixit Simon: vos scitis quanta ego & fratres mei & domus patris mei fecerimus pro legibus & pro sanctis pręlia. Sanctissimum igitur est atq; iustissimū

præliari contra infideles Turcas & hæreticos turcis ipsis impiores, pro fide ecclesiæ, diuiniq; cultus conseruatione, pro reipub. pauperum, & oppressoru; defensione. Accingimini igitur o Christiani principes, & estote filii potentes, estoteq; parati vt pugnetis aduersus nationes has impias, quæ cõuenerunt disperdere nos & sancta nostra: quoniaз melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostræ & sanctoruз. 1. Mac. 3.

Augustinus ad Bonifacium Comitem: Vtile tibi tuisq; dabo consiliuз arripe manibus arma, oratio aures pulset authoris. Et iterum ad eũdem: Noli æstimare neminem deo placere posse, qui armis bellicis ministrat. In his enim erat sanctus Dauid, cui oñs magnum testimonium perhibuit.

Et contra Faustum. Ordo naturalis mortalium paci accõmodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli authoritas atq; consilium penes principes sit. Principibus dicitur: Eripite pauperez; & egenũ de manu peccatores liberate. Cur tunc Li. 22. Psal. 82.

non liberarent de manu turcæ? Maxi-
me attento eo, quod vi magnificat &
extollit cultum Machumeti sui, in iniu
riam creatoris nostri: & quod tertiam p
lem sibi placētem aufert, & in ritu Ma
chumetico nutrit in perpetuam serui-
tute3. Hinc gloriosissius Carolus, God-
fridus, Alphonsi, Ferdinandi, & alii in-
fidelium destructores, per orbem Chri
stianum celebri fama laudantur.

Obiicit hæreticus.

1 Bellare contra turcas, est repugnare
voluntati spiritus, visitanti iniquitates
nostras per illos.

2 Christianus oratione pugnet, non
gladio.

3 Matthęi quinto prohibet defensio,
ne nos opponamus angariātibus nos.

Respondet Catholicus.

Plures hæretici iam, sicut & Oecolā
padius, negant omnino Christianis li-
cere bellare, quæ fuit hęresis Manichęo
rum, vt Augusti. contra Faustu3 docet
& sermone Dominus in monte. Sed re
spondeamus,

Etiam si Deus visitet iniquitates no De.2.
stras per turcam, tamen per hoc nō in-
hibet nobis defensionem, alioquin cū
nos visitet per famem, pestem, ignem,
bella, morbos, non cōgrueret nobis vl
la prouisio contra famem, vlla medici
na contra morbos, vlla fuga contra pe
stem. Ita enim Deus visitat suos vt nō
derelinquat. Visitabo, inquit, in virga Psal.88.
iniquitates eorum, & in verberibus pec
cata eorum: misericordiam aūt meam
non dispergam ab eo; neq; nocebo in
veritate mea.

Fateor iustum bellatorem pulsare De.2.
Deum orationibus, attamen arma in
manu capiat cum Machabæo: nam
Mose orante in monte, Amalech vin Exod.17.
citur gladio Iosue. Orent q domi ma-
nent, alij arma in Turcas ferant,

Ex concilijs & operibus perfectorū De.3.
Lutherani faciunt præcepta. Et cū deo
amari sint, vt nec verba possint pati ca
tholicorum etiam pia, serui iniquitatis
volunt vt verbera patiamur turcarū,
desolationem tēplorum, violationem

Exod.17. virginum &c. Quæ enim ibi docet, pꝛ cipit in præparatione cordis, nõ in ostẽ sione operis, ait Augustinus. Sperãduꝫ est potius post tot ærumnas & calami tates Christianitatis, amissis duobus im perijs & triginta sex regnis, vt Deus tan dem misereatur nostri, & decantemus
Psal.136. gaudenter. Filia Turcæ misera, beatus qui retribuit tibi retributionem quam retribuisti nobis.

DE IMMVNITA-te & diuitijs ecclesiarum. Cap.13.

IMmunitas & ecclesiastica libertas vna cum possessione diuitiarum ostenditur, quum ex iure naturali, tum ex iure diuino simul & humano. Principio ex iure naturali, duobus exẽ plis ex sacra scriptura desumptis, mani festatur. Primum Pharao gentilis rex Aegypti immunitatẽ sacerdotibus ser uauit. Emit enim Ioseph omnem terrã Aegypti, subiecitq; eam Pharaoni, & cunctos populos eius, præter terram sa cerdotum, quæ a rege eis tradita fuerat,

Primum exemplũ.
Geñ.47.

quibus

quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Et idcirco nõ sunt compulsi vẽdere possessiones suas. Et infra: Ex eo tempore vsq; in præsentẽ diem, in vniuersa terra Aegypti regibus quinta pars soluitur: & factũ est quasi in legem absq; terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.

Alterum exemplum.

Artaxerxes rex Persarum, donans filijs Israel facultatem libere redeũdi cũ Esdra in Hierusalem pro sacerdotũ ministrorumq; templi libertate, decretum statuit in hæc verba: Ego Artaxerxes rex statui atq; decreui omnibus custodibus arcis publicæ, qui sunt trans fluman, vt quodcunq; petierit a vobis Esdras scriba legis Dei cœli, absque mora detis &c. Et infra: Vobis quoq; notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & leuitis & cantoribus, & ianitoribus nathineis, & ministris domus Dei huius, vt vectigal & tributum & annonas nõ habeatis potestatẽ imponendi super eos. Vbi glo. ord. quæ est Bedæ. Hoc priui 1. Esd. 7.

legio oſtenditur, ꝙ cætera plebs filiorũ Iſrael ad patriã perueniens, tributa regis pendebat. Q δ diſcreta prouiſione rex feciſſe cognoſcit, vt qui diuino ſeruitio ſemper erant occupati, a ſuo famulatu eſſent liberi: & qui in terra nihil proprium poſſidebant, ſed ex decimis populi viuebãt, nemo ex eis tributum exigeret. Ecce hi duo reges ambo gentiles. Alter pro idolorum ſacerdotum, alter vero Iudęorum ſacerdotum legaliumq́ʒ miniſtrorũ zelabant libertate, & modo nõnulli Chriſtiani principes ciuitatumq́ʒ rectores grauant, exactionãt, & excoriant Chriſti ſacerdotes, pauperesq́ʒ verbi Dei miniſtros, atq́ʒ in extremam deijcere moliuntur ſeruitutem.

Dein oſtenditur ideʒ ex iure diuino
Num.35 veteri & nouo. Loquutus eſt dominus ad Moſen, dicens: Præcipe filijs Iſrael, vt dent leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes ad habitãdum, & ſuburbana earũ per circuitũ, vt ipſi in oppidis maneãt, & ſuburbana ſint pecoribus ac iumentis, quæ a muris ciuitatũ forinſecus per

circuitum mille passuum spacio tendē tur. Erant oppida vna cum ciuitatibus refugij simul quadraginta octo cum suburbanis suis &c.

Dederuntq; filij Israel de possessionibus suis iuxta imperium domini ciuitates & suburbana earū, &c. Et vt Hieronymus ad Fabiolā ait: Octo millia leuitarum alenda erāt in singulos dies. Iosue.21.

Item habebant sacerdotes & leuitæ decimas, primogenita, primitias partes de victimis, oblationibus & sacrificijs ordinante ac præcipiente Deo, pro ministerio quo sibi in tabernaculo testimonii seruiebant quotidie. Leui.27 Num.18

Dixit Ioas ad sacerdotes: Omnē pecuniam sanctorum quæ illata fuerat in templū domini a prætereuntibus, quæ offertur pro precio animæ, & quā sponte ex arbitrio cordis sui inferunt in templum domini, accipiant illam sacerdotes iuxta ordinē suum. Ezechias præcepit populo habitātium Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus & leuitis, vt possent vacare legi domini. Quod & 4.Re.12 2.Par.31

populus fecit adeo abundanter, vt pręciperet rex fieri horrea in domo domini, vbi reciperentur fructus &c.

Ioan. 13. Christus habuit procuratoré Iudam, qui loculos habebat, & portabat ea q̄ mittebantur.

Ioána vxor Chusę procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, q̄ ministrabant ei de facultatibus suis.

Luc. 8. Quid tibi videtur Simon, dixit Christus: Reges terræ a quibus accipiunt tributa, a filijs suis, an alienis? Dixit illi Petrus: Ab alienis. Dixit illi Christus: Ergo liberi sunt filij.

1. Cor. 9. Quis militat suis stipendijs vnquā, quis plantat vineā, & de fructibus eius nō edit? Infra: Scriptū est in lege Mosi: Non alligabis os boui trituranti. Infra: Si nos vobis spiritualia seminam⁹ magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Infra: Nescitis quoniā qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario participant. Ita & dominus ordinauit his qui Euāgelium annūciant,

de Euangelio viuere.

Oportet episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem &c. Et quomodo posset esse hospitalis, si nihil haberet? 1. Tim. 3.

Quotquot enim possessores agrorũ aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorũ quæ vendebãt, & ponebãt pedes ante apostolorũ. Vnde in primitiua ecclesia fiebãt Collectæ pro sustentatione cleri, quibus deficientib9 successerunt beneficia. Act. 4.

Ignatius ad Philadelphieñ. Principes, subditi estote Cæsari, milites principibus, diaconi presbyteris, vt sacrorum administratorib9. Presbyteri vero & diaconi, atq; omnis clerus simul cũ omni populo & militib9 atq; principibus, sed & Cæsares obediant episcopo. Episcopus autem Christo, sicut patri Christus: & ita vnitas per omnia seruatur. Idẽ ad Smyrneñ. Sacerdotiũ summa est omnium bonorũ quę in hoĩbus constant. Quod si quis inhonorauerit, deũ inho

norat, & primogenitũ totius creaturæ?

Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.

Psal.104. Quis extendet manũ suam in Christum dñi. Hoc dixit etiã de vnctione regis, quid de vnctione sacerdotis?

1 Reg.26 Est igitur hæc libertas iuris diuini nedum in veteri, verum in noua lege a Christo, eiusq; apostolis edocta.

Postremo monstratur eadẽ libertas ex iure humano, Gregorius Ciriaco cõstantinopolitano.

Quiq; in loco regiminis est, aliquãdo necesse habet etiam terrena cogitare, & exteriorum quoq; curam gerere, vt grex cõmissus valeat, ad ea quę sibi sunt explenda, subsistere. A pastoribus lex creuit in regalem maiestatem. A piscatoribus Euangelium creuit in imperialem maiestatem.

Et in registro Gregorij passim reperiuntur epistolæ de administratione tẽporalium, vnde etiam illo tempore habuit prefectos ęrarios in Cicilia & Prouincia, vt manifestũ sit etiam tpe Gre-

gorij fuisse patrimonium sancti Petri. Patrimoniũ sancti Petri.

In epistola Clementis: Si qui ex patribus negotia habent inter se, apud cognitores seculi nõ iudicentur, sed apud presbyteros ecclesiæ quicquid est dirimatur, & oĩno obediens statutis eorũ.

Concilium Carthaginense. Placuit, vt quicunq; clericus ab imperatore cognitionem publicorum petierit, honore proprio priuetur.

Caius Papa martyr statuit, Ne laici sacris initiatos, coram seculari iudice cõueniant.

Dionysius ad Demophilum, de correctione episcopi. At si quis forte & inter ipsos a recto tramite deuiauerit, is ab æqualibus atque sui ordinis sanctis corrigatur, vt non ordo in ordinẽ ruens cuncta permisceat, sed vnusquisq; in suo ordine, suoq; officio maneat.

Origenes, qui tempore martyrũ vixit, vbi adhuc erant Imperatores gentiles, super Lucam explicat subiectionem presbyteri ad episcopum, sicut Iesus fuit subditus parentibus. Homil. 20.

Iulianus apostata, Christo aduersarius, clericis subtraxit omnia priuilegia & honores, quae pijssimi Imperatores catholici, Constantinus, Theodosius, Martianus, Valentinianus, & alij religiosi animi principes decreuerũt. Quę quia sunt omnibus obuia C. de sacrosanctis ecclesijs, & de clericis & episcopis. Ideo referre postponimus.

23. q 8. c. tributũ, & ca. secũdũ canonicã. Constantinus imperator in concilio Niceno noluit accipere libellos contra episcopos, & dixit: Vos dij estis a vero Deo cõstituti, ite & inter vos caussam disponite, quia dignum non est, vt nos iudicemus Deos.

Petrus princeps apostolorum nõ refutauit sumptus. Ambrosius super primam ad Corinth. 9.

Constitutio Federici Impera. C. de episcopis & cleri. Statuimus vt nullus ecclesiasticã personã in criminali quaestione vel ciuili, trahere ad iudiciũ seculare praesumat, contra cõstitutiones imperiales & canonicas sanctiones, quod si fecerit actor a iure suo cadat, iudicat

sum non teneat, & iudex sic & tūc officio iudicādi sit priuatus. Aduertite inique clerū ad tribunal seculare pellētes.

* Patet igit ex præmissis iustissimas esse excommunicationes latas i offendētes libertatem ecclesiasticam, suis iniquis statutis grauantes, & exactionantes clerum; vtpote in eos qui peccant, & contra naturæ ius, in legem diuinaꝫ vtriusq; testamenti, & contra ius humanum, ciuile, & canonicum.

Obijcit hæreticus.

Christus passus est se iudicari a iudice laico Pilato & testimonium perhibuit ei, quia haberet super euꝫ potestatem desuper. Itaq; christiani sacerdotes non debent refugere iudices laicos.

Respondet Catholicus.

Egregiam rem moliris, vt omnes iudices Christiani sint Pilati & Herodes Christus manifeste obiecit peccatum Pilato, quia is qui tradiderat eum maius peccatum habebat. Quod autem dixit Pilatum habere potestatem desuper si ad Deum referatur accipitur Esa. 55.

permissiue, permisit Deus hoc Pilato, oblatus est enim quia voluit, si ad Caesarem, non habet intentum hæreticus.

DE INDVLGENtijs. Cap. 24.

Quia indulgentiæ sunt dũtaxat satisfactoriæ, pœnæ pro peccatis debitę, ostendamus aliud esse meritum, aliud satisfactionem.

Philip. 2. DE merito Christi dicit. Propter hoc Deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomen. Ecce quid meruit sibi. De satisfactione eius dicitur: hic est calix nouum testamentum in sanguine meo qui pro vobis tradetur in remissionem peccatoꝝ, ecce qd meruit nobis.

Luc. 22. Matt. 26. Leuit. 4. De offerente hostias pro peccatis dicitur. Et rogante pro eis sacerdote, propitius erit ei dominus. Non de culpa, sed de pœna nisi per intercessionem.

✳ Scito hic thesaurum indulgentiaꝝ fieri ex superabũdantia meritorũ (quatenus satisfactoria erant) Christi & san

ctorum. De superabundantia passio-
num Christi pro nobis dicitur. Ipse est 1. Ioan. 2.
propitiatio pro peccatis nostris, nō no-
stris autem tantum, sed totius mundi.
Ex qua autoritate patet, passionē chri-
sti sufficienter satisfacere pro toto mū-
do, ac per hoc quum exequutiue pro
paucis tantum satisfaciat, infinitū thē-
saurum satisfactionū CHRISTI su-
peresse in sacramentis, quibus eadem
CHRISTI passio satisfacit. De sancto-
rum autem passionū meritorumq; su-
perabundantia quoad officium satis-
faciendi pro nobis patet ex Iob dicēte.
Vtinā apprehenderentur peccata mea Iob. 6.
quibus iram merui, & calamitas quā
patior in statera, quasi arena maris hæc
grauior appareret. Ex his Iob verbis cla-
ret ipsum plus passum fuisse, quam ꝑ
peccatis suis debuerit pati. In superabū-
dantia autem passionum consistit sup-
abundātia satisfactionum. Et idem de
multis sanctis apertissimum est. De sā-
ctorum vero intentione, quod scilicet
voluerint pati passiq; sint libenter non

solum pro se, sed etiã pro nobis, testa-
Colos. 1. tur Apostolus, dicens: Nunc enim gau
deo in passionibus meis pro vobis, &
adimpleo ea, quæ desunt passionum
Christi in carne mea, pro corpore eius
quod est ecclesia.

Expẽde Catholice, quia miseriæ san
ctorũ adiungendæ sunt pressuris Xpi,
ad cõmunem ecclesiæ vtilitatem. Et est
iste thesaurus meritorum de quo dicit
ecclesia; precibus & meritis sanctorũ.
Nam quod Paulus adimpleuit, quis
negabit de alijs sanctis, Crucem Chri-
sti portantibus, & eũ sequentibus. Q8
papa hunc thesaurum dispensat patet
1. Cor. 4. ex Apostolo dicẽte: Sic nos existimet
2. Cor. 10 homo vt ministros Christi, & dispensa-
1. Cor. 1. tores ministeriorum eius. Iterum: Di-
spẽsatio mihi credita est. Item: Cui do-
nastis aliquid, & ego. Non donauit cul
pam sed pœnam. Nã & ego quod do
naui, si quid donaui propter vos in per
sona Christi.

Certum est Gregorium magnũ de-
disse indulgẽtias ante. 1400. annos, &

ita postea obseruatum per omnem ecclesiam. Mirantur hæretici, quia Papa remittit tertiam aut mediam partē pœnarum, aut plenarie indulgeat. Cum ipsi non verecundentur asserere, quemlibet sacerdotem a culpa & pœna absoluere, ipsi remittunt totam pœnam, & nolunt papam remittere partem.

Indulgentiarum Euangelij figura fuerunt Iubilei in veteri testamento. Leui.25.

De his sumus contenti, eo ꝙ habeamus solidū fundamētum in S. Paulo, ne credamur diligentiores in caussa Iudæosa. Porro quod vniuersa recepit credit & tenuit ecclesia, quomodo posset esse in fide erroneum? at vniuersitas ecclesiæ toto orbe terrarum diffusa, recepit indulgentias a tēpore Gregorij magni (nisi ꝙ in paucis hæreticorum angulis alicubi incœperunt reijcere). Et concilia generalia approbaeurūt, sicut sacrum concilium Lateranēse celeberrimum sub Innocentio. 3. In quo & saluberrima constitutio. Omnis vtriusꝙ edita est, limitauit authoritatem mino

rum prælatorum in concessione indul gentiarum. Et sacrum concilium Viennense approbauit indulgentias Vrbani. 4. pro venerabilis Eucharistiæ veneratiōe. Et omnis ecclesia ex Germanis, Gallis, Hispanis, Italis, Anglis, Hungaris, Polonis, Dacis, Scotis &c. reuerenter suscepit Iubileos in Roma a pōtificib⁹, cū plenariis īdulgētiis celebratos.

* Prosunt etiam indulgentiæ animabus in purgatorio, quia non est aliqua ratio quare ecclesia transferre possit cō munia merita Christi & sanctoru3, quibus indulgentiæ initiuntur in viuos & non in mortuos, qui in charitate decedētes, obstaculis a regni coelestis ingressu impedientibus nondum amotis, in purgatorio detinentur. Applicat aute3 Papa eis indulgentias, non authoritate absoluendo, sed per modum suffragii. Quare neq; pro libito potest animas a purgatorio liberare, aut purgatorium euacuare.

Obiiciunt aduersarii inter alia argumenta hoc Achillicum (vt putant) in

uincibile. Etsi merita Christi sunt infinita, nequaquã tamen merita sanctoruʒ quæ sunt plenissime remunerata, imo vltra condignum: quoniam non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sanctorum igitur merita per indulgentiarum thesaurum nobis applicari non possunt. Dicendum, ꝙ sicut Christi opera simul erant meritoria & satisfatoria, meruit si quidem sibi & nobis: sibi quidem, quia per humilitatem passionis gloriam meruit resurrectionis, iuxta illud: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad morteʒ crucis: propter qđ &c. Nobis vero quoniã si vnius delicto mortui multi sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu christi in plures abundauit. Et infra. Igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam &c. Satisfecit autem non pro suis quia peccatum nõ fecit, nec inuentus est, &c. sed pro nostris peccatis, vt patet

Rom. 8.

Philip. 2

Roma. 5

1. Pet. 2.

ex multis sacræ scripturæ locis. Ipse.n. vulneratus est propter iniquitates no-
Esai.53 stras,&c. Et paulopost: Omnes nos q̄si
Ephe.5. oues errauimus,& posuit domin⁹ &c.
1. Pet.1. Christus tradidit semetipsū pro nobis
1. Ioan.2 hostiam & oblationem Deo, &c. Peccata nostra pertulit in corpore suo sup lignum. Ipse est propitiatio pro peccatis &c. Ita & de sanctorum operibus & passionibus sentiendum est. Quę quatenus meritoria erant, vltra condignū remunerata cum Apostolo fatemur, quatenus vero satisfatoria, aut pœnalia, ac innumeros sanctos constet longe plus satisfecisse aut passos esse, quā pro suis peccatis debuerunt, vt patet d̄ Iob & Apostolo,& hoc nō solum pro
Iob .5. se,sed etiam pro corpore christi, quod
Colos.1. est ecclesia: residuum satisfactionis & passionis per indulgentiarum thesaurū nobis applicatur, qd̄ ad maximā gloriam cedit sanctorum. Vnde cum contingit(exempli gratia)superfluam satisfactionem Laurentii soluere pro pœna debita Ioanni pœnitenti,gaudium
quoddam

quoddam accidentale Laurentius in cœlo habebit de hoc q̄ satisfactio sua soluit pro ioanne. Et ita opera sanctoꝝ quatenus satisfatoria & pœnalia remunerantur ipsis sanctis etiam in his quibus per indulgentias applicantur.

DE PVRGATORIO CAPVT XXV.

Purgatorium esse, satis constat ex scriptura ecclesia, & patribus.

SI quis superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, stipulã, vniuscuiusq; opus manifestũ erit, dies enim domini declarabit; qui in igne reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale sit, ignis ꝓbabit. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic quasi per ignem. Liquet faciem tem etiam opera cremabilia, sicut patet in die iudicii particularis vniuscuiusq;, eum tamen saluũ fieri per ignẽ, non inferni, quia ibi nulla est redẽptio. Sic intellexerunt illum locum Pauli, B. 1. Cor. 3

Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius Alcuinus.

Mat.5. Esto cōsentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te
Luc.12. ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimū quadrantem. Hunc carcerē B. Ambrosius intelligit purgatorium.

Mat.12. Qui dixerit verbum cōtra spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro.

4.dial.c. B. Gregorius illa verba ponderat &
habe dis. dicit: De quibusdam culpis ante iudi-
25.c.q̄lis. cium purgādis, ignis credendus est, pro
Idē Aug. eo quod veritas dicit: Qui dixerit ver-
lib.21.de ci.dei.ca.24. bum contra spiritum sanctum &c. In qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdā in futuro relaxari. Ita etiam intellexit beatus Bernardus super Cantica.

Luc.8. * Antiquitus prouocabantur viuentes per instrumenta musica ad lamentum & compassionem super mortuos, vt attēte orarent pro eis. Alias enim lu

gere non esset nisi insanire.

Panem tuum & vinum tuum super Tobi. 4 sepulturá iusti constitue, vt scilicet pauperes inde refecti, pro defuncti salute Deum deprecentur.

Iudas Machabęus facta collatione, 2. Mac. 12 duodecim milia drachmas argéti misit Hierosolymá, offerri pro peccatis mortuorum sacrificiū: bene & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderát resurrecturos speraret, vanum videretur & superfluū orare pro mortuis &c. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis orare, vt a peccatis soluátur. Is liber est in canone ecclesiæ, vt testatur prologus ei pręfixus, & beatus Augustinus. 18. libro de ciuitate Dei, & canon cócilij Carthaginé. licet nō fuerit inter canonicos libros habitus apud Iudæos, vt testatur B. Hieronymus in galeato prologo. Sequitur negantem libros Machabæorum esse canonicos, non esse filium ecclesiæ, sed spurium synagogæ. Et Luthermet fatetur se scire esse purgatorium in dispu

tatione Lipsica, quo ergo rem tāti momenti, sicut est purgatoriū, spiritus sanctus non reuelauit in scripturis?

Græci hanc hæresim recognouerūt & abiurauerunt, in concilio Florētino.

Philip.2. In nomine Iesu omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium & infernorū. Palam est autem (quātum ad hos attinet) qui subtus terram in gehēna sunt, ꝙ nec genua flectant noī Iesu, qui cōtra potius ipsum iugiter blasphement.

Apo.5. Et omnem creaturam, quæ in cœlo est & super terram, & subtus terram, & mare & quæ in eo sunt, omnes audiui dicentes: Benedictio sedenti in throno, & agno, benedictio & honor & gloria & potestas, in secula seculorū. Triplicē hic ponit ordinem laudantium Deū. s. in cœlo beatorū, in terra iustorum, sub terra purgandorū. Quia damnati non laudant Deum, nec benedicunt sedentem in throno.

* Augu. in libro de cura pro mortuis agēda, approbat suffragia pro mortuis facienda authoritate ecclesiæ. Ita ing

quiens. In. 2. Machab. lib. legimus oblatum pro mortuis sacrificiũ. sed si nusquã in scripturis veteribus omnino legeretur, nõ parua est vniuersæ ecclesiæ (quæ in hac cõsuetudine claret) authoritas, vbi in precibus sacerdotũ quæ domino Deo ad eius altare funduntur, locum suũ habet etiam cõmendatio animarum. Hæc suffragia petiijt Monica mater Augustini, ex altaris sacrificio. li. 9. confessionum in fine.

Beatus Ambrosius de obitu Theodosij meminit, cur in ecclesia Dei peragatur, primus, septimus, trigesimus, defunctorum.

Damascenus affirmat morem orandi pro defunctis, ab apostolorum traditionibus manasse.

Augu. q. I. de Dulcitij quæstionibus testatur purgatorium.

Chrysostomus ꝓprio sermone agit, suffragia prodesse mortuis. Dionysius inquit: Quod autem iustorum preces etiam in vita ista, & nedum post mortem ijs solis prosint qui digni sunt, scripturæ nos edocet sacrosancta traditio, ca. 7. eccl. hierarch.

* Accedens deinde (delato.f.funere intra templú) venerandus antistes precem suam super mortem peragit, post que precem & ipse presul eum salutat, & suo deinceps ordine, qui astant oés. Precatur oratio illa diuiná clemétiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humaná admissa peccata, defuncto: cúq; in luce statuat & regione viuorum, in sinibus Abrahę, Isaac, & Iacob, in loco vnde effugit dolor, tristitia, & gemitus. Hæc Dionysius apostoli Pauli discipulus. Ita docuit & tenuit sancta mater ecclesia, & omnes orthodoxi.

* Patet igitur ex dictis diuinarú scripturarum sanctorúq; patrum authoritatibus, non solú purgatoriú esse: verú etiam defunctorum animas suffragijs Christi fidelium viuentiú, orationibus nempe, eleemosynis, ieiuniis, & potissimum missæ sacrificio inde liberari. Ob id quoq; interdum viuentibus apparere. Et proinde huiusmodi apparitiones haudquaquá esse vniuersaliter diabolicas illusiones, Id quod mentitur Lu

theris cum sua cohorte.

Onias eni summus sacerdos & Hie- 2.Mac.15
remias propheta apparuerunt diu post
mortem suā Iudæ Machabæo inituro
pugnam aduersus Nicanorē, tradiditq
Hieremias eidē gladium aureū, tanq
futuræ victoriæ pignus, dicens: Accipe
sanctū gladium munus a Deo, in quo
decipies aduersarios populi mei Israel.

Transfigurato dño in monte coram Mat.17.
Petro, Iacobo & Ioāne, apparuerūt il- Mar.9.
lis Moses & Helias loquētes cum Iesu. Luc.9. &.24.

Discipuli, apparente eis post resurre
ctionē Christo ianuis clausis, putabāt
se spiritū videre. Qđ nequaq̄ putauissent,
nisi sciuissent defunctorū spiritus
nōnunq̄ videntibus apparere.

Vide libros quatuor Eckii
de Purgatorio.

DE ANNATIS. CA. XXVI.

ANnatas id appellāt in curia Romana,
quod ordinarii locorū nominant,
medios seu primos fructus, & pro confirmatione episcopi, so-

sent appellare redemptionem pallatij, cum tamē proprie solus episcopus Bābergensis in Germania habeat palliū, & archiepiscopo.

Num.8. Filiis autem Leuī dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Et infra: Præcipe Leuitis atq; denuncia cū acceperis a filiis Israel decimas quas dedi vobis, primitias earū offerte domino.i.decimā partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum, tam de ariis q̄; de torcularibus, & vniuersis quorū accipitis primitias offerte domino, & date ea Aarō sacerdoti. In veteri igitur testamento Leuitæ & sacerdotes accipiebant decimas, & Aaron summus sacerdos accipiebat decimam decimarum. Descendunt ergo annatæ de iure diuino, quia succedūt in locum decimæ decimarū.

Neem.10 Et Leuitæ offerent decimam partē decimæ suę in domo Dei nostri, ad gazophylacium domini Dei nostri.

Annatarum meminit Ioā. Andreæ

in cap. intercætera de officij ordinarij post Hostien. quem citat in huiusmodi sententia. Dicit hic Hostiensis, quod Romanam ecclesiam in annatis exigẽdis, vbi alioquin nullū ius haberet, excusat necessitas, quia nec de suo posset omnibus prouidere. Et infra: Id iā est de antiquissima consuetudine obtentū. Postea refert quomodo pluries clamauerit, in tantum, quod super eo fuit sermo in concilio Viennensi, cui præsedit Clemens quintus.

Sequitur errasse Platinam & Blondum, & quosdam consarcinatores grauaminum Germaniæ: nam inuentū annatarum tribuunt, vel Ioan. xxii. vel Bonifacio. ix. vel concilio Constantiẽsi, quod Germani faciunt. Quia Clemens quintus præcessit Ioan. 22. & Bonifacium. ix. Et is tamen nō inuenit annatas, sed inuentas approbauit ex antiqua consuetudine. Et certe isti duo testes Hostien. & Ioan. Andreæ frangūt mendacia osorum ecclesiastici status.

In Constantiensi concilio non fue-

runt institutæ annatæ, vt nugantur cerr tones Lutheranorum, sed quia aliquæ ecclesiæ decreuerunt in temporalibus fuit constitutum vt illæ ecclesiæ sic de paupertate reducerentur ad iustam taxam, secundum valorem ecclesiæ currentem. Ideo magis confirmauit annatas. Vnde nullus adhuc publicauit vere, quando annatæ fuerint inuētę, ideo bene dicunt præfati annatas rem esse antiquissimam.

Sequitur si sacerdotes & Episcopi vellent negare annatas summo pontifici, tunc eadem facilitate laici negarent decimas sacerdotibus, & sacerdotes recusarent medios fructus dare episcopis vnde ex ecclesia faceremus Babylonē. Id quod strenue contendunt hæretici, & eorum adhærentes, diuina humanaq; omnia commiscentes.

DE HAERETICIS Comburendis. Cap. 27.

Probat axiomata duo.

Prima pœna hæreticorum in No-

nouo testamento fuit excōmunicatio.

SI quis ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, id est, separetur ab ecclesia per excōmunicationem. At hæretici incorrigibiles, non audiunt ecclesiam, ergo &c. Matt. 18

Hæreticum hominem post vnā & secūdam correptionē deuita, sciens q̄ subuersus est, qui huiusmodi est: & deliquit, cum sit proprio iudicio cōdemnatus. Peruersi autem difficile corrigūtur. Ideo hæretici incorrigibiles nō vincuntur, neq; persuadentur rationibus. Ad Tit. 3 Eccle. 1

Denūciamus vobis fratres, in nomine domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulāte inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. 2. Thes. 3

Si quis venit ad vos, & hāc doctrinam nō affert nolite eum recipere ī domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dixerit illi aue, communicat operibus eius malignis. Vnde & idem Ioannes Euāgelista cum in balneis Cherinthū hæreticum reperisset, mox exiliit ad di- 2. Ioan. 1 24. q. 3. cap.

ſcipulos dicẽs: fugiamus hinc nẽ & bal
neæ ipſæ nos corrumpant, in quibus
Cherinthus lauatur veritatis inimicus.
Num, 16. Ita Moſes quoq; ad filios Iſrael i ſe
ditione Chore, Datan & Abiron dixit:
Recedite a tabernaculis impiorum ho
minum, & nolite tãgere quæ ad eos ꝑ
tinẽt ne inuoluamini in peccatis eoruꝫ.
Et Apoſtolus. Rogo vos fratres vt ob
Rom. 16. ſeruetis eos, qui diſſenſiones & offendi
cula præter doctrinam quam vos didi
ciſtis, faciũt, & declinate ab illis. Huiuſ
modi enim Chriſto domino nõ ſerui
unt, ſed ſuo ventri, & perdulces ſermo
nes & benedictiones ſeducunt corda
innocentium.

Secundum axioma.

Hæretici obſtinati aut relapſi, iuſte
per mortem e medio tollũtur.

Si ſurrexerit in medio tui ꝓphetas,
Deut. 13. aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & præ
dixerit ſignum atq; portẽtum & euene
rit quod loquutus eſt, & dixerit tibi ea
mus & ſequamur deos alienos quos
ignoramus, & ſeruiamus eis, nõ audies

verba prophetæ illius aut somniatoris, quia tētat vos dominus deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum an nō in toto corde & in tota anima vestra. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur, quia loquutus est vt vos auerteret a domino deo vestro.

De Hæreticis comburēdis.

Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo ex decreto iudicis moriatur, & auferes malum de israel. Hæc legis ratio adhuc militat, vt auferamus malum de medio ecclesiæ. Deut. 14.

Propheta qui arrogātia deprauatus voluerit loqui ī nomine meo quæ ego nō præcepi illi vt diceret aut ex nomine alienorum deorum, interficietur. Deut. 18.

Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum omnis populus. Cur non & hæreticum? Leui. 24.

Helias propheta domini, interfecit prophetas Baal. 3. Reg. 18

Lupus bene arceri debet, sꝫ si aliter non potest consuli saluti gregis, lupus

etiam interimendus est, hæretici autem sunt lupi, dicente Christo: Attendite a
Matt. 7. falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus vero sunt lupi rapaces.

Act. 20. Et Paulus. Scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Iuste igitur e medio tolluntur per mortem.

Ioan. 2. Iesus cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo, oues quoq; & boues, & nummulariorum æs effudit, & mensas subuertit. Si hoc nummularijs, quid tunc hæreticis faceret?

2. Timo. 2 Doctrina hæreticorum noxia vicinis, quia sermo illorum velut cancer serpit.

Act. 5. Saphira & Ananias a principio nascentis ecclesiæ propter pusillum pecuniæ, a Petro morte mulctati sunt, quanto magis hæretici animas defraudantes a successore Petri morte mulctentur?

Augustinus de poena hæreticorum, Cogunt multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum,

Aliquando libri Mathematicorum & hæreticorum fuerunt combusti, sicut Augustinus super Ioãnem dicit, factũ suo tempore. Combussit Gelasius Papa anno domini.496.Et tempore Apostolorum comburebãtur libri curiosi, quanto magis hæretici? Inquit enim Lucas: Multi ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerũt libros & combusserũt eos coram omnibus, & computatis pretiis illorum inuenerunt pecuniaʒ denariorum quinquaginta millium. Act.19.

Aliquãdo vbi nulla potestas Christianis erat animaduertẽdi in corpora hæreticoruʒ pœna erat excommunicatio, vt supra ex Paulo. Et Cyprianus monet cum hæreticis nõ loquendum. Idẽ refert singulos hæreticos decem libris auri mulctari. Gelasius Papa exilio dãnauit hæreticos.

✻ Hieronymus docet resecandas esse putridas carnes. Ita inquiens: Resecandæ sunt putridę carnes & scabiosa ouis a caulis repellẽda, ne tota domus massa & corpus & pecora ardeant, corrum

patur, putrescãt intereant. Arrius in Alexãdria vna scintilla fuit, sed quoniaꝫ non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est.

Et B. Ambrosius: Hæresis velut quędam hidra fabularum vulneribus suis creuit, & dum sæpe reciditur pullulauit igni debite incẽdioq; peritura.

Augusti lib. 2. Contra episto. Gauden. de hereti. inquit: Hoc hominũ genus per imperatoriam curã corrigi oꝫ.

Et super Ioã. ad longum docet imperatores & principes catholicos bene facere; ꝙ vtantur gladio contra hæreticos. Debẽt enim hæretici affligi & eiici a principibus, sicut Agar fuit afflicta a
Gene. 21. Sara, quãdo Ismael ludit cum Isaac.
Gala. 4. In promptu habentes vlcisci omnẽ inobedientiam.
2. Cor. 10 Vtinam abscindantur, qui vos conturbant.
Gala. 5. Ecce quã feruide optat eos abscidi. Q ŏ si principes tunc fuissent christiani sine dubio obedissent desyderio Pauli.

Augustinus inquit: Nullus nostruꝫ

vult

vult aliquem hæreticum perire, sed aliter non meruit habere pacem domus David nisi Absalom filius eius in bello esset extinctus, sic ecclesia, si aliquorum perditione cæteros colligit, dolorē materni sanat cordis, tantorum liberatione populorum. sup Iosu. 2. Reg. 18 Eusebius

Constantinus imp. Arrium cū adhęrentibus dānauit in exilium, quia nolebat adhærere concilio Niceno. c. de hęre. l. Manic. l. Arrianū

Theodosius imp. puniuit hæreticos Manichęos omnium bonorum possessione, & omni successione priuauit admisit desuper inquisitionem fieri post mortem. Idem decernit cum Valentiniano, ne Manichæi in solo Romano conueniendi morandiq; habeāt facultatem, decreuit quoq; eos vltimo supplicio tradendos. l. quicūq; Para. vl.

Idem statuit libros hæreticorū diligenti studio inquiri, ac publice cōburi. Valentinianus & Martianus oēs damnauerunt hęreticos, & perpetua deportatione dānauerunt, tenentes libros cōtra Calcedonēse conciliū. Vltimo sup

plicio coercere mãdarunt illicita dicẽtes, & denuo libros mandant cõburi.
C. de fal⸗ sa mone⸗ ta, l. si qs. * Falsarij pecuniæ aut alij malefactores per seculares principes iuste morti traduntur, cur nõ hæretici falsarij sacræ scripturæ.

Obijciunt hæretici.

1 Apostoli nunq̃ petierũt a principibus terræ, vt vim inferrent hęreticis.
2 Euangelium & Paulus nihil huiusmodi docent.
3 Disputandum est cum hæreticis, & gladio spiritus vincendi sunt, quod est verbum Dei.
Mat. 13. 4 * Dominus mãdauit seruis suis, vt zizaniam permitterent crescere vsq; ad messem quæ est finis seculi. Per zizaniã
1. Cor. 11. autem significantur hæretici. Oportet hæreses esse vt ij qui probati sunt manifesti fiant. Ergo &c.

Diluuntur per catholicos.

De. 1. Hanc obiectionem mouerunt Donatistę cõtra catholicos, vt testatur Augustinus super Ioã. & alijs pluribus locis, respondent. Quis tũc in Christum

crediderat imperatoꝛ, q̄ð ergo non fuit petitum ab apoſtolis, nõ fuit quia hæretici non mererentur, ſed quia gladius gentilium pꝛincipum & imperatoꝛum nondum ſeruiebat euangelio, at mox Conſtantinum baptizatũ imploꝛabant Catholici contra hæreticos. Nam ſi imperatoꝛes puniunt furta, homicidia, rapinas, adulteria, periuria, cur nõ punirent hæreſes & ſacrilegia?

Docuit fidem euangelij, ſicut naſcẽdo nõ inniti humanæ ſapientię, ita nec humanæ potentiæ, vſquequo diademata regum ſe inclinarent ſaluatori: attamẽ Paulus deſiderabat abſcindi eos qui conturbabant fideles. De.II.

Diui Petri authoꝛitate docemur, eẽ parati reddere rationem omni poſcẽti de ea, quæ in nobis eſt fide, tamẽ Paulus ſatis indicat poſt alterã coꝛreptionẽ deuitãdum hæreticum, non cum eo diſputandum, & aſſignat clarã rationem huius, quia ſubuerſus ſit. Huius rei peritus Tertullianus latiſſime oſtẽdit, nõ diſputandum cum hæreticis, quia po- De.III. 1. Pet. 3. Tim. 3.

tius sit standum fidei antiquorũ, q̃ di/sputandũ de scripturis. Et pluribus hãc rem agit, omnino depingens Lutherũ, quomodo tractet sacras literas.

De.IIII. * Hæreticos eradicare per mortẽ non est contra mãdatum domini, qđ est in eo casu intelligendũ, quando non possunt extirpari zizania sine extirpatione tritici, vnde addidit. Ne forte colligẽtes zizaniam, eradicetis simul cum eis & triticum. Cum metus igitur iste non subest, id est, quando ita crimen cuiuscũq; notum est, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non tales habeant defensores per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ. Hæc Augustinus contra epistolam Parmeniam.

De.V. Mat.18. * Oportet hęreses esse, quemadmodũ & scandala necesse est euenire, sicut ergo vę homini per quem scandala eueniunt, Ita & væ illi per quẽ hæreses disseminantur. Oportet igitur vtraq; eẽ, non quidem absoluta, sed solum conditionata necessitate, qua necesse est a

Deo præscita vel prædestinata euenire, si coniunctim accipiantur. Vel secundo oportet hæc esse necessitate finis, quatenus vtilia sunt ad hoc, vt ij qui probati sunt, manifesti fiant vt Apostolus subiungit, hoc est, vt fidelium constantia in fide ecclesiæ cõprobetur, & doctores pigritiam excutiant, diuinas scripturas solicitius intuentes, vt Augustinus dicit: Hoc autẽ est per accidens præter, imo contra hæreticorum intentionem, qui fidem corrumpere, scripturas depravare, innocentũ corda seducere, totis animi viribus adnituntur. Magis proinde respiciendum est, ad id quod est per se de eorum intẽtione, vt excludantur, quàm ad hoc, quod est pręter & contra eorum intentionem, vt sustineantur. Vel tertio necesse est ea euenire secũdum hominum (qui sibi a peccatis & hæresibus non cauent) cõditionem. Sicut exempli gratia, si medicus aliquis videns aliquos indebita dieta vtentes, dicat, necesse est tales infirmari, quod intelligendũ est, sub hac condi- 1. Cor. 11

tione si dietam non mutent. Similiter quoq; necesse est scádala euenire, oportetq; hæreses esse quando homines cõuersationem malam non mutant, neq; prauorum quando a peruersis hæreticorum dogmatibus non declinant, qñ principes & cõmunitatum rectores hæreticis nedum liberum permittũt, imo ad hoc annuis eos cõducunt stipédiis, vt hæreses suas in populo diuulgent. Imposito catholicis prædicatoribus silentio, vt ne mutire quidem ipsis cõtra eosdẽ liceat. Quis igitur miretur hæreses esse oportere, hæc vbi ita se habent?

NON DISPVTANdum cũ hæreticis. Cap.27.

QVamuis de Luthero & Lutheranis non sit dubium, quin sint hęretici damnati, & pro talibus habendi, quia ipsi reuocant hæreses sæpe dánatas, Arrii, Manichæi, Iouiniani, Arrii, Vigilantii, Euticetis, Felicis, Albigentium, Valdentium, Ioannis Vicleff, Ioánis Huss, & aliorũ hæreticorũ

ideo contra eos non est disputandum.

Nam Gelasius Papa inquit: Maiores nostri diuina inspiratione cernentes necessario peccauerunt, vt quod cōtra vnáquaq; hæresim, coacta semel synodus, pro fide, cōmunione & veritate catholica atq; apostolica promulgasset, non sinerent nouis post hac retractionibus mutilari, ne prauis occasio præberetur, quę medicinaliter fuerant statuta pulsandi, & ea quæ sequuntur. ca. maiores. 24. q. prima.

Idem voluit Martianus imperator. Iniuriam facit iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita, reuoluere & publice disputare contenderit. L. nemo. C. de sum. tri. & fide catholi.

✱ Vnde in septima actione Calcedonensis concilii Martianus inter cætera dixit (vt habes distinctione. 96. c. nos) Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, ad exemplū religiosissimi principis, augustissimiq; Romani imperatoris Cōstantini, synodo interesse voluimus, vt veritate inuē ta, nō vltra multitudo doctrinis prauis

attractata discorder.

Præterea hæretici non quęrũt disputationem, nisi multis malitiis inuolutã. Nam pleriq; eorũ adeo ptinaces sunt, vt libere promittãt se articulos vsq; ad mortem defensuros, quare liquet eos eẽ incorrigibiles, obstinatos, & pertinaces, & qui non sint docibiles Dei, sed inniantur propriæ prudẽtiæ, & ponãt obstaculum spiritui sancto.

Iterum patet de Lutheranis hæreticis, quod fraudulenter obtendũt disputationẽ, nam quærũt disputare nõ corã doctis & literatis ac in theologia exercitatis, sed corã indoctis, vulgarib⁹ laicis, quoꝝ capacitas se nullo modo extẽdit ad iudicãda huiusmodi mysteria fidei.

Nam quomodo hęretici venirẽt ad disputationẽ coram doctis, cum sciant theologos studiorũ generaliũ Galliæ, Hispaniæ, & Angliæ contra eos cõclusisse, & studia generalia Germanię, quę fuerunt famata in theologia, ante ortũ huius hæresis, sibi dãnasse Lutherũ.

Addatur his, qđ in disputãdo finem

intendũt peruerſum.ſ.qđ ad ſe trahant laicos aliogn clericis oppido infeſtos, vt illos in odiũ cleri amplius accendãt.

Præterea articuli Lutherani ſunt huiuſmodi, vt ſi in diſputationem proponantur, iam myſteria fidei noſtræ, authoritas eccleſiæ, & conciliorũ ludibrio exponantur. Nam ꝙ ſcãdalum oritur non modo apud ſimplices fideles, ſed apud Iudæos & infideles. Si audierint ea in fide noſtra in dubium vocari, quę a ſanctis patribus & ꝯcilijs ante. 1000. annos, ante. 1200. ante. 1300. fuerunt cõſtituta & decreta, & ab ipſo Apoſtolorum tempore obſeruata, quis vel micam habens fidei, vel prudentiæ, iſta poterit iudicare diſputanda, coram frigidis & male ſentientibus laicis. Et qa cum conſtat de eorum ſubuerſione & pertinacia (nolũt enim admittere aliũ iudicem quam ſcripturam, quã volunt interpretari ſecundum propria capita) clare Apoſtolus Paulus interdixit diſputandum cum his. Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile eſt niſi ad 2. Timo. 2. Ibidem.

Titum.3. subuersionem audientium. Stultas & sine disciplina quæstiones deuita, sciēs quia generant lites, Stultas autem quę stiones & contentiōes pugnas legis de uita, sunt enim inutiles & vanæ.

Hiere.17 Perdix fouit, quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio. Augu. li. 13. contra Faustum cap. xii. pulchre appli cat. Perdix nimis contentiosum est ani mal. Ita & hæretici sunt cōtentiosi. Nō enim disputare amāt, sed quoquo mo do superare impudentissima peruica cia, vt congregent, quę non pepererūt. Nam Christianos quos maxime Chri sti nomine seducunt, iam per ipsius E uangelium natos inueniūnt, hos colli gūnt ad eorum insaniam. Ideo pro p uerbio vsurpat Augusti. contra hæreti cos, perdix congregat quæ non pepe rit. Quo fit vt si non idoneus iudex de tur, núquam sit finis disputādi, idoneū autem iudicem non recipit hæreticus, Lib. 22. 2. Timo. 3 quia proprium est hęreticorum ait Au gusti. contra Faustum, fugere disputa tionem. Nam semper reperiūtur teme

rarii, pertinaces, & proterui, qui nullam satisfactionem solutionis recipiunt. Sicut Mosi restiterunt Iannes & Mambres. Ita hæretici resistunt veritati, homines corrupti, mente reprobi circa fidem, sed vltra non proficient.

* Cum quibus erat synodus ineũda, catholici pontifices fuerunt vndiq; iaȝ depulsi, soli remanserant socii perfidorum, cum quibus nec iaȝ licebat habere conuentum: dicente Psal. Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Nec ecclesiastici moris est cum his qui pollutaȝ habent communionem permixtamq; cũ perfidis misceri consilium &c. 3. Esdr. 3. Gelas. pa. 24. qō. 3. cap. Cum quibus.

Catholici ergo debent vitare disputationem cum huiusmodi, quia honor est, ait sapiens, homini qui separat se a contentionibus; nisi vbi idonei darent iudices, tunc enim, vt manifestaret gloria Dei, tueretur veritas catholica, & hęretici perfidi confunderentur, esset omnino disputãdum, sicut Paulus disputauit Act. 17. & 20. Et vbi disputatio Prouer. 20

nis sententiam suscipere & pati volunt hæretici, tot adhuc sunt catholici viri, quorum vnusquisq; gladium habet accinctum super femur suum, qui adoriantur hæreticos, sicut Dauid Goliam, in nomine dñi exercituum, dei agminum Israel. Et veritas sub iusto iudice vicet.

1. Reg. 17
3. Esdr. 3.

Quoniam noui morbi occasionem dant nouæ querendæ medicinæ, ea ꝓpter cum alios locos ædidissemus communes contra Lutheranos, verissimum comperimus, viam & ianuam per Lutherum apertam omnibꝰ quidlibet audiendi. Sustulit enim Luther (quantum in ipso fuit) sacrorum conciliorum sententiam. Romanorum pontificum iudicium, sanctorum & Deo amabilium patrum responsa, ac studiorum generalium condemnationes. Vt iam vnicuiq; phrenetico, vel melancolico, Saturnino, bis stulto cerebro, peruium sit omnia insana capitis sui phantasmata, sacris mysterijs immiscere. O deus, O tempora. Cogimur ergo illorum impietate, quãuis inuitissimi, hos adijcere locos,

SVB EVCHARI-
ſtia eſſe verum corpus Chri ſti. Cap. 29.

COenantibus autem eis, accepit Iesus panem & benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum: & accipiens calicẽ, gratias egit & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Significantiſſime Chriſtus dixit: Hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus, quis ergo clariſſimis verbis & Chriſto repugnat? Matt. 26.

Manducantibus illis accepit Ieſus panem, & benedicẽs fregit & dedit eis, & ait: Sumite, hoc eſt corpus meu3. Et accepto calice, gratias agens, dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur. Mar. 14.

Et accepto pane gratias egit & fregit & dedit eis dicens; Hoc eſt corpus meũ Luc. 22.

quod pro vobis dat, hoc facite in meã commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicẽs: Hic est calix nouum testamẽtum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Ecce quãta concordia Euangelistæ indicent, corpus & sanguinẽ xp̃i tradita discipulis.

Ioan.6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Christus dicit, panem quem daturus sit esse carnem, hæretici negant.

1.Cor.11. Ego accepi a domino quod & tradidi vobis. Quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Ecce quomodo Paulus expresse dicit, oblatum discipulis fuisse corpus & sanguinem Christi.

1.Cor.10 Calix benedictionis cui benedicimus nonne communicatio sanguinis Chri-

sti est? Et panis quem frangimus, non-
ne participatio corporis Domini est?
quoniam vnus panis & vnum corpus
multi sumus omnes qui de vno pane
& vno calice participamus. Hic clare
Paulus ostendit in qualibet particula
panis consecrati participari corpus chri
sti. Lapideus est, qui hæc alio torquet
quam ad corpus Christi.

Probet autem seipsum homo, & sic 1. Cor. 11.
de pane illo ædat, & de calice bibat, q
enim manducat & bibit indigne iudi-
cium sibi manducat & bibit, non diiu-
dicans corpus domini. Clare liquet qđ
ppter præsentiam corporis Christi, pec
catum ab indigne sumēte pertinet ad
corpus Christi, nemo enim nisi insanus,
negat indigne mãducãtem eius reum
esse quod mãducat. Instruit. n. hic Pau
lus Corinthios ne credant esse simpli-
cem cibum in altari sed corpus Christi,
quod qui idigne mãducet reus sit eius,
ideo signatissime addidit. Non dijudi-
cãs corpus domini, id est, non discernẽs
ab alijs cibis. Hoc omnium ætatũ om-

nes sancti patres in ecclesia tenuerunt]
vnde contra tot clarissimos sacræ scri-
pturæ textus desipere, extremæ teme-
ritatis est, & aliorum hæreticorum insa
niam träscendit. Hanc hæresim aliquã
do docuerat Berengarius sancti Mau
ritij Andgauẽsis ecclesiæ diaconus, sed
Romæ coram Nicolao papa & trede
cim archiepiscopis & centum episcopis
abiurauit, canone ego Berengarius, de
consecra. dist. 2.

Obijciunt hæretici Capharnaitæ.

Matt. 26. 1 Christus inquit, pauperes semper ha
bebitis vobiscum; me autem non sem
per habebitis, at si esset in Eucharistia
semper eum haberemus.

Ioan. 6. 2 Spiritus est qui viuificat, caro non
prodest, quicq̃; Si ergo nõ prodest, qd
tantope cõtendit esse sub Eucharistia?
3 August. super Psal. 4. Donec finia-
tur sæculum sursum est dominus.

Andreas Bodenstain Carolostadius
primus resuscitator huius hæresis sepul
tæ adducit illa pro errore suo.
1 Si Christi corpus & sanguis esset in
sacramento

sacramento sequeretur panem pro nobis esse crucifixum.
2 Christus non dixit, accipite corpus meum, sed accipite panem.
3 Panis nõ fit melior per hoc murmur & anhelare sacerdotũ, quis enim dedit potestatem hanc sacerdotibus?
4 Alioquin cũ in cœna Christus habuerit corpus mortale & iam immortale, iam non verum esset de illo dici, q̃d pro vobis tradetur.
5 Christus ait: Si quis vobis dixerit, hic est Christus, aut illic, nolite credere; ergo nõ credamus, si dicunt in ista hostia est Christus, aut in ista hostia. Mat. 24
6 Increpat catholicos ꝙ appellãt Eucharistiam sacramẽtum, nam apostoli nõ sic nominauerũt, deus dat creaturis suis noĩa non hoĩes. Paulus aũt appellat cœnã dñi, panem dñi, calicem &c.
7 Cœna dominica sufficienter his verbis est instituta. Iesus accepit panẽ, gratias egit & fregit & dedit discipulis suis, & dixit: accipite & mãducate, hoc facite, in meã cõmemorationẽ. Et ista verba 1. Cor. 11

ba, hoc est corpus meũ, sunt impertinẽtia & quasi per parenthesim interiecta.
8 Verba Pauli.1. Cor.10. vitare nitit, quia ibi apostolus Paulus nõ loquitur de cõmunione.i.sumptione sacramenti, sed de cõmunione passionis Christi, quæ fiat eiusdem rememoratione.
9 *Sic* verba.1. Cor.11. existimat locutum habere in indigne cõmemorantibus.
Hæreticorum incõstantia. Zuinglius & Oecolãpadius duo versa erroris bellantia, Carolostadij sentẽtiã amplexi sunt fundat se Zuinglius in illo Ioã.6. Caro nõ prodest quicq̃. Tum vt claros euãgelij textus eludãt, aiũt: Est sumi in actu signato, nõ exercito, vt sophistæ in Cathegorijs dicunt. Videntes enim absurdissimã esse Carolostadij torsionẽ, sic euadere nituntur. Hoc est i. significat corpus meum, vel hoc est corpus.i. figura corporis mei.
Repelluntur illa a catholicis.
Christum nos semper habiturum, fatetur veritas Matthæi vlt. Ero vobiscũ vsq; ad consummationem seculi. Ideo cum ait, me non semper habebitis, acci

piendum est secũdum præsentiam corporeã humanę conuersationis, neq; nã iam vngitur, lauatur, tergitur &c.

Profecto si caro nõ ꝓderit catholicis, ne panis ꝓderit hęreticis. Porro nec hęreticus dicturus est carnẽ Christi nõ ꝓfuisse in cruce. Adde qđ nõ sequit̃, nõ prodest, ergo nõ est in sacro, nisi & hãc admittas illationẽ, ergo nõ est in cœlo. De.III

At si acutius inspiciamus, hæretici sensum Christi non assequuntur. Non loquitur Christus de carne sua, nõ enim ait, caro mea non prodest quicq̃, hanc habebant Iudæi, qui abierũt retro, existimãtes carnem Christi visibiliter, sub specie carnis dẽtibus direptã dilaniari.

Fatemur sursum esse dñm in cœlo, sedentẽ ad dexterã patris, in forma visibili & quãtitatiua, qui tñ sub specie panis latet inuisibilis sacramentaliter. De.IIII

Quæ Carolostadius ex Saxonia relegatus, odio Lutheri, effudit, oĩa sunt tam impia & obtusa vt responsionem non mereantur: dicamus tamen. De.V

Forte Luther haberet concedere, pa

nem esse crucifixum per cõmunicatio-
nem idiomatũ, at quia catholici longe
absumus ab illa hęresi, quod panis ma
neat in Eucharistia, ideo illatio Carolo
stadij non admittitur. Et panẽ transub-
stantiari in sacraméto asseruit Ambro-
sius, Augustinus, Gregorius, Nissenus,
quibus adde Chrysostomũ homil. 60.
vbi dicit deum sanctificare & transmu
tare panem.

Re. 1. Non est verum quod assumit Caro
lostadius, non enim inquit accipite pa
nem, sed pane porrecto ait: accipite &
comedite, hoc est corpus meuз. Quid
autem interest dicere, accipite corpus
meum, & porrecta manu dicere: Acci-
pite, hoc est corpus meum.

Re. III. Nemo dicit qđ per sufflare, aut an-
helare, seu murmurare, panis fiat me-
lior, sed quádo sacerdos ſm institutio-
nem Christi, dicit verba consecratoria,
quibus Deus sua virtute diuina oĩpo-
tenti assistit, & substantiá panis in cor-
pus sum conuertit & vinũ in sanguinẽ.
Hanc autem potestatẽ a Christo acce-

perunt Apostoli, eo dicente: hoc facitẽ in meam cõmemorationẽ. Ideo Paulus ait: Ego accepi a domino quod & tradidi vobis &c.

Et si corpus Christi iam sit impassibile, neq; sacerdos dicit illud esse tradendum, qui nouit ꝙ Christus vltra nõ moritur, sed renarrat Christum talia dixisse in coena, quod est verum, tunc.n. (nõ modo) corpus Christi tradendum erat, & sanguis fundendus. De.xxx Rom.6.

Quod Christus dixit de regno suo fidei, hæreticus accipit de corpore Christi, præuidit saluator futurũ, vt Hussitæ dicerent Christum stare pro eis. Lutherani his aduersi, asserunt Christum pro eis esse Carolostatinos excludẽtes. Lutherani de Christo se iactitant. Rebaptizatores soli Christum sibi vendicant, ab his hæreticis monuit nos dominus. De.vi

Vana est Carolostadij iactantia, nã cum cõstat de re frustra certatur de nomine, nec deus creaturis nomina dedit, sed Adam, neq; sacramentũ est fallum signum, vt ille iudaizans nebulo eccle- De.vii

siam irridet, quod sit sekerment, nã ab apostolis ad nos vsque deuenisse sacramentorũ appellationẽ ex Dionysio liquet, q libro de ecclesiastica hierarchia appellat Eucharistiã synaxin, & iuxta inclytum præceptorem suum ait, eam esse sacramentorũ consummationẽ, sacrosancta & augustissima illius dicit mysteria & diuina munera, & in cõmuni dicit sacramenta.

Quod ipse dicit, negamus: naꝫ hoc est corpus meum, in medio cõnectitur cõiunctissime alijs verbis, & puerile est accipere extrema ad coenam & media propria authoritate excludere, probet ipse hanc dissolutionem ex scriptura: nã nec stulto satisfaceret, quod inquit punctum præfigi orationi & a magna litera principiari. Hoc, Hui hoc est theologum præstare, ex magnis literis & punctis certare. Explodantur sophistæ ex theologia & assumãtur punctistæ cum illis magnis literis capitalibus. Puerilia sunt quæ garrit de touto, naturalis cõsequentia verborum nõ patitur, nisi q

demonstrauerit porrectum panem in manu, ideo significantius additum est hoc. Et expēde quę Luther hic dicit cōtra Carolostadium expugnant Lutherum in sua torsione istorum verboruʒ: Tu es Petrus, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Lacerat Carlstat Paulū, nam cū so- De.VIII lis intendit allegorijs, literā & spiritum vna amittit, certū est Paulum loqui de cōmunione & participatione Eucharistiæ, non passionis. Porro cōmunicatio passionis est solum bonorū, participatio Eucharistię est communis dignis & indignis, bonis & malis.

Similiter lacerat Paulū: naʒ Paulus De.IX loquitur de māducantibus indigne; iste torquet ad cōmemorātes indigne, quū illa sint diuersa, licet vterq; peccat. s. indigne cōicans & indigne cōmemorās.

Zuinglius & Oecolampadius, huius De quin erroris consortes viderunt Carolostadij principali expositionem ad illa verba, hoc est corpus meū esse violentā, duram & audacem, atq; plurimū a vero aberrantem,

Placuit tamē eis impietas, vnde expō sitionem cōmenti sunt nugacissimā, & plusquā sophisticam. Est accipitur pro significat. Ita addecet nouos euangelicos puram literam scripturæ sequi, id est lacerare. Vnde etiam a Luthero & Bugenhagio irridentur. Et eorū impietatem sic funditus destruas.

1 Primo insanit Hauschein, dum ait, hoc est corpus meum.i.forma corporis mei, quia & sibi & catholicis cōtradicit: omniū enim sententia ibi est forma panis, etiam si apud catholicos credatur esse corpus Christi, tamen sub forma panis visibili. Vide Augustinū de senten. Prosper.

2 Secūdo deprehenditur inscitia Zuinglij & Oecolāpadij, dum in loquutione metaphorica existimant, Est, valere significat. Vnde in hanc impietatē ex ignorantia dialecticæ venerunt, vnde postea in symbolica errant Theologia, & vt videant non progredi eorum doctrinam, intueantur illud tritum: Lupus est in fabula, an est hic exponan

Bardi illi pro significat. Itē in illis symbolis Ioan. x. immittant suum significant: Mercenarius, cuius nō sunt oues oues propriæ, videt lupum. Ego sum pastor bonus. i. ego significo bonū pastorem, & cognosco oues meas. O stupidi, insensati & indoctissimi hæretici.

3 Sophismata Oecolampadij torquētis sententias patrum, maxime Augustini, facile vitabimus, si aduertamus Eucharistiam signum dici.

Primo, ratione specierum sensibiliū panis & vini.

Secundo, quia etiam corpus Christi verum, est signum corporis Christi mystici.

Tertio, quia eucharistia sumpta est signum gratiæ sumenti collatæ.

Et quarto, cum corpus Christi sit ibi non modo circunscriptiue, sed suus modus essendi insit spiritalior, etiam signi, aut formæ nomine designatur, licet nihilominus adhuc vere ibi sit corp⁹ x̄pi.

Quinto, qa tres euangelistæ & paulus nullam indicant metaphoram, sed

identice enunciat: Hoc est corpus meum. Et toties repetunt, neq; alibi ex scritura docebũt hic esse metaphoram, neque fide docemur hic esse metaphorã, quare in sensu proprio est accipiendũ: Hoc est corpus meum. Delirat.n.Zuinglius, est alicubi in sacris literis accipi ꝓ significat, sed omne delirium superat: Si alicubi est acciperetur ꝓ significat, ergo hic accipitur. Sed decept⁹ fuit ex ignorantia Logicæ. Cum enim Christus dicit se vitem, Est non ponitur pro significat: nam obtusitas eius agnosceretur, ponendo in textu: Ego sum vitis vera. i. significo vitem veram, hoc secũdum Zuinglium, cum tamen Christus nõ significet vitẽ, sed significet ꝑ vitẽ.

Porro sexto, clarissimo textui euangelico accedit consensus totius ecclesię Catholicæ, & potentissima miracula in hoc venerabilissimo sacramento diuinitus monstrata. Pereant igitur hæreticorum nugacia sophismata, deliræ impietates, indoctissimæ torsiones, ac violentæ sacræ scripturæ expositiones. Cũ

vnus Lucas omnia eorum somnia ex-
cludat, cum narret Christum dixisse:
Hic calix nouum testamentum in san
guine meo. Amant enim hæretici Græ
ca in quibus non legitur est. Et tamen
identice, calix nouum testamẽtum di-
citur, non certe in vino, sed in meo san
guine: non enim est testamẽtum sine
sanguine. Vide Paulum ad Heb. 9.
Attende quomõ hæretici moti sunt Psal. 107
sicut ebrius, & omnis sapientia eorum
deuorata est. Oecolampadius anno.
1524. mẽse Iulio indignabatur sangui
nem Christi denegatum fidelibus in sy
naxi: & anno nondum euoluto, ipse
cum complicibus hæreticis denegat fi
delibus & corpus & sanguinem Christi.
Similiter Zuinglius. Carolostadius, post
quam tantum incendium de sacramẽ
to sufflauit, iá palinodiam cecinit: non
proposuisse se ista vt credẽda, neq; ista
fore asserta ex spiritu, aut sacris literis,
sed certius indaganda ex proprio capi
te ab eo esse proposita. Vide quomo- Eccle. 27.
do stultus vt luna mutatur.

DE BAPTISMO
puerorum. Cap. 30.

HOc est pactum meuȝ quod obseruabitis inter me & vos &c. Infans octo dierum circuncidetur in vobis &c. Masculus cuius præputij caro circuncisa nõ fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactũ meum irrituȝ fecit. Modo hoc videtur baptismus in ecclesia, quod circuncisio in synagoga. Sicut enim per circuncisionem paruuli Iudæorum includuntur cum pacto diuino, sic & paruuli Christianorum non sunt excludendi a pacto dei, quare pueri sunt baptizandi contra Rebaptizatores: & puer nõ baptizatus damnatur lege communi, cõtra Zuinglium: qui dum vnam hæresim Rebaptizatorum vellet destruere, alias decem docet deteriores contra expressas scripturas.

Mar. 10. Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: taliũ enim est regnũ Dei &c. & complexans eos, & ima

ponēs manus super illos, benedicebāt eos. Male faciunt ergo rebaptizatores prohibentes pueros per baptismum venire ad Christum.

Baptizate omnes gentes. Ergo etiā parvulos. Matt. 28.

Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes baptizati sunt in mari & nube, Certum autem est, qđ etiam paruuli fuerunt sub nube; & ita figuraliter baptizati. 1. Cor. 10

Baptismus nō est reiterabilis sine sacrilegio, vnde Paulus: Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donū cœleste &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. Non negant reiterationem pœnitentiæ, vt Nouatianus, sed renouationis, id est baptismi. Hebr. 6.

Accedit vsus & authoritas totius ecclesiæ ab ipso Apostolorum tempore; cui merito omnes filij deuoti debent parere.

Dionysi⁹ de ecclesiastica hierarchia, cum dixisset pueros qui necdum pos- Dio. c. 7.

ſunt intelligere diuina, ſacri baptiſmatis fieri participes, ſubdit: Iſtud cũ piiſſimis ducibus noſtris (ita ſolet appellare apoſtolos) in mentez veniſſet, viſũ eſt admittere infantes hoc modo, vt naturales oblati paruuli, parentes puerũ vni ex fidelibus tradant præclaro diuinarum rerum magiſtro, in hunc præſul ſpondentem puerum iuxta ſanctam educatam vitam requirit, vt abrenunciationem profiteatur, fidemq; fateat. Ecce pueros Baptizatos ab Apoſtolis ſub ſponſione patrinorum.

Cyprianus & totum conciliũ Aphricanum ad Fiduz, qui opinabatur pueros intra ſecundum & tertium diem cõſtitutos, non debere baptizari. Reſpondet Cyprianus: Longe aliud in cõcilio noſtro omnibus viſum eſt. In hoc eniz quod tu putabas faciendum, nemo cõſenſit, ſed vniuerſi iudicauim⁹ nulli hominum nato miſericordiaz Dei & gratiam denegandam.

Auguſti. ſuper Gene. lib. x. cap. 23.
Cõſuetudo matris eccleſiæ in baptizã

dis paruulis nequaquam spernenda est, neq; vllo modo superflua deputanda, nec omnino credêda, nisi apostolica esset traditio. Egit hanc caussam in duobus libris ad Marcellinũ, sub titulo de peccatorũ meritis & remissione, hos libros vidit Hierony. & laudauit.

Hiero. lib. 3. aduersus Pelagianos affirmat paruulos baptizari, vt eis peccata in baptismate dimittantur.

Cõcilium Mileuitanum cõtra Pelagianos hæreticos canone. 77. Item placuit, vt quicũq; paruulos recẽtes ab vteris matrum baptizãdos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorũ eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur: vnde fit cõsequens, vt in eis forma baptismatis in remissionẽ peccatorum nõ vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Hic a sacro concilio anathemate percutitur Baldasar Hiebmair cum suis rebaptizatoribus negantes baptismum paruulorum.

Ipse Zuinglius, qui neget peccatum

ba, hoc est corpus meũ, sunt impertinẽtia & quasi per parenthesim interiecta.
8 Verba Pauli. I. Cor. 10. vitare nitiť, quia ibi apostolus Paulus nõ loquitur de cõmunione. i. sumptione sacramenti, sed de cõmunione passionis Christi, quæ fiat eiusdem rememoratione.
9 Sic verba. I. Cor. II. existimat locum habere in indigne cõmemorantibus.

Hæreticorum incõstantia.

Zuinglius & Oecolãpadius duo versa erroris bellantia, Carolostadij sententias amplexi sunt fundat se Zuinglius in illo Ioã. 6. Caro nõ prodest quicq̃. Tum vt claros euãgelij textus eludãt, aiũt: Est sumi in actu signato, nõ exercito, vt sophistæ in Cathegorijs dicunt. Videntes enim absurdissimã esse Carolostadij torsionẽ, sic euadere nituntur. Hoc est i. significat corpus meum, vel hoc est corpus. i. figura corporis mei.

Repelluntur illa a catholicis.

Christum nos semper habiturum, fatetur veritas Matthæi vlt. Ero vobiscũ vsq; ad consummationem seculi. Ideo cum ait, me non semper habebitis, acci

piendum est secũdum præsentiam cor poreã humanę conuersationis, neq; nã ium vngitur, lauatur, tergitur &c.

Profecto si caro nõ ꝓderit catholicis, ne panis ꝓderit hęreticis. Porro nec hę reticus dicturus est carnẽ Christi nõ ꝓ fuisse in cruce. Adde qđ nõ sequit̃, nõ prodest, ergo nõ est in sacro, nisi & hãc admittas illationẽ, ergo nõ est in coelo. At si acutius inspiciamus, hæretici sen sum Christi non assequuntur. Non lo quitur Christus de carne sua, nõ enim ait, caro mea non prodest quicq̃, hanc habebant Iudæi, qui abierũt retro, exi stimãtes carnem Christi visibiliter, sub specie carnis dẽtibus direptã dilaniari. De. II.

Fatemur sursum esse dñm in coelo, sedentẽ ad dexterã patris, in forma visi bili & quãtitatiua, qui tñ sub specie pa nis latet inuisibilis sacrementaliter. De. III.

Quæ Carolostadius ex Saxonia re legatus, odio Lutheri, effudit, oĩa sunt tam impia & obtusa vt responsionem non mereantur: dicamus tamen. De. I.

Forte Luther haberet concedere, pa

nem esse crucifixum per cõmunicatio-
nem idiomatũ, at quia catholici longe
absumus ab illa hęresi, quod panis ma-
neat in Eucharistia, ideo illatio Carolo
stadij non admittitur. Et panẽ transub-
stantiari in sacramẽto asseruit Ambro-
sius, Augustinus, Gregorius, Nissenus,
quibus adde Chrysostomũ homil. 60.
vbi dicit deum sanctificare & transmu-
tare panem.

Re.I. Non est verum quod assumit Caro-
lostadius, non enim inquit accipite pa-
nem, sed pane porrecto ait: accipite &
comedite, hoc est corpus meuz. Quid
autem interest dicere, accipite corpus
meum, & porrecta manu dicere: Acci-
pite, hoc est corpus meum.

Re.III. Nemo dicit qđ per sufflare, aut an-
helare, seu murmurare, panis fiat me-
lior, sed quãdo sacerdos ẽm institutio-
nem Christi, dicit verba consecratoria,
quibus Deus sua virtute diuina oipo-
tenti assistit, & substantiã panis in cor-
pus sum conuertit & vinũ in sanguinẽ.
Hanc autem potestatẽ a Christo acce-

perunt Apostoli, eo dicente: hoc facitē in meam cōmemorationē. Ideo Paulus ait: Ego accepi a domino quod & tradidi vobis &c.

Et si corpus Christi iam sit impassibile, neq; sacerdos dicit illud esse tradēdum, qui nouit q Christus vltra nō moritur, sed renarrat Christum talia dixisse in cœna, quod est verum, tunc.n. (nō modo) corpus Christi tradendum erat, & sanguis fundendus. De.IIII Rom.6.

Quod Christus dixit de regno suo fidei, hæreticus accipit de corpore Christi, præuidit saluator futurū, vt Hussitæ dicerent Christum stare pro eis. Lutherani his aduersi, asserunt Christum pro eis esse Carolostatinos excludētes. Lutherani de Christo se iactitant. Rebaptizatores soli Christum sibi vendicant, ab his hæreticis monuit nos dominus. De.VI

Vana est Carolostadij iactantia, nā cum cōstat de re frustra certatur de nomine, nec deus creaturis nomina dedit, sed Adam, neq; sacramentū est fallum signum, vt ille iudaizans nebulo eccle- De.VII

fiam irridet, quod sit sekerment, nã ab apostolis ad nos vsque deuenisse sacramentorũ appellationẽ ex Dionysio liquet, q libro de ecclesiastica hierarchia appellat Eucharistiá synaxin, & iuxta inclytum præceptorem suum ait, eam esse sacramentorũ consummationẽ, sa sacrosancta & augustissima illius dicit mysteria & diuina munera, & in cõmuni dicit sacramenta.

De.VII. Quod ipse dicit, negamus: naʒ hoc est corpus meum, in medio cõnectitur cõiunctissime alijs verbis, & puerile est accipere extrema ad coenam & media propria authoritate excludere, probet ipse hanc dissolutionem ex scriptura: nã nec stulto satisfaceret, quod inquit punctum præfigi orationi & a magna litera principiari. Hoc, Hui hoc est theologum præstare, ex magnis literis & pũctis certare. Explodantur sophistæ ex theologia & assumãtur punctistæ cum illis magnis literis capitalibus. Puerilia sunt quæ garrit de touto, naturalis cõsequentia verborum nõ patitur, nisi q

demonstrauerit porrectum panem in manu, ideo significantius additum est hoc. Et expende quę Luther hic dicit cõtra Carolostadium expugnant Lutherum in sua torsione istorum verboru3: Tu es Petrus, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Lacerat Carlstat Paulũ, nam cũ solis intendit allegorijs, literã & spiritum vna amittit, certũ est Paulum loqui de cõmunione & participatione Eucharistiæ, non passionis. Porro cõmunicatio passionis est solum bonorũ, participatio Eucharistię est communis dignis & indignis, bonis & malis. De.VIII

Similiter lacerat Paulũ: na3 Paulus loquitur de mãducantibus indigne, iste torquet ad cõmemorãtes indigne, quũ illa sint diuersa, licet vterq; peccat. s. indigne cõicans & indigne cõmemorãs. De.IX.

Zuinglius & Oecolampadius, huius erroris consortes viderunt Carolostadij expositionem ad illa verba, hoc est corpus meũ esse violentã, duram & audacem, atq; plurimũ a vero aberrantem, De quę principali

Placuit tamẽ eis impietas, vnde expõ sitionem cõmenti sunt nugacissimã, & plusquã sophisticam. Est accipitur pro significat. Ita addecet nouos euangelicos puram literam scripturæ sequi, id est lacerare. Vnde etiam a Luthero & Bugenhagio irridentur. Et eorũ impietatem sic funditus destruas.

1 Primo insanit Hauschein, dum ait, hoc est corpus meum.i.forma corporis mei, quia & sibi & catholicis cõtradicit: omniũ enim sententia ibi est forma panis, etiam si apud catholicos credatur esse corpus Christi, tamen sub forma panis visibili. Vide Augustinũ de senten. Prosper.

2 Secũdo deprehenditur inscitia Zuinglij & Oecolãpadij, dum in loquutione metaphorica existimant, Est, valere significat. Vnde in hanc impietatẽ ex ignorantia dialecticæ venerunt, vnde postea in symbolica errant Theologia, & vt videant non progredi eorum doctrinam, intueantur illud tritum: Lupus est in fabula, an est hic exponang

Bardi illi pro significat. Itē in illis symbolis Ioan. x. immittant suum significant: Mercenarius, cuius nō sunt oues oues propriæ, videt lupum. Ego sum pastor bonus. i. ego significo bonū pastorem, & cognosco oues meas. O stupidi, insensati & indoctissimi hæretici.

3 Sophismata Oecolampadij torquētis sententias patrum, maxime Augustini, facile vitabimus, si aduertamus Eucharistiam signum dici.

Primo, ratione specierum sensibiliū panis & vini.

Secundo, quia etiam corpus Christi verum, est signum corporis Christi mystici.

Tertio, quia eucharistia sumpta est signum gratiæ sumenti collatæ.

Et quarto, cum corpus Christi sit ibi non modo circunscriptiue, sed suus modus essendi insit spiritalior, etiam signi, aut formæ nomine designatur, licet nihilominus adhuc vere ibi sit corp⁹ x̄pi.

Quinto, qa tres euangelistæ & paulus nullam indicant metaphoram, sed

identice enunciat: Hoc est corpus meum. Et toties repetunt, neq; alibi ex scriptura docebũt hic esse metaphoram, neque fide docemur hic esse metaphorã, quare in sensu proprio est accipiendũ: Hoc est corpus meum. Delirat.n. Zuinglius, est alicubi in sacris literis accipi ꝓ significat, sed omne delirium superat: Si alicubi est acciperetur ꝓ significat, ergo hic accipitur. Sed decept⁹ fuit ex ignorantia Logicæ. Cum enim Christus dicit se vitem, Est non ponitur pro significat: nam obtusitas eius agnosceretur, ponendo in textu: Ego sum vitis vera. i. significo vitem veram, hoc secũdum Zuinglium, cum tamen Christus nõ significet vitẽ, sed significet ꝑ vitẽ.

Porro sexto, clarissimo textui euangelico accedit consensus totius ecclesię Catholicæ, & potentissima miracula in hoc venerabilissimo sacramento diuinitus monstrata. Pereant igitur hæreticorum nugacia sophismata, deliræ impietates, indoctissimæ torsiones, ac violentæ sacræ scripturæ expositiones. Cũ

vinus Lucas omnia eorum somnia ex-
cludat, cum narret Christum dixisse:
Hic calix nouum testamentum in san
guine meo. Amant enim hæretici Græ
ca in quibus non legitur est. Et tamen
identice, calix nouum testamētum di-
citur, non certe in vino, sed in meo san
guine: non enim est testamētum sine
sanguine. Vide Paulum ad Heb. 9.

Attende quomō hæretici moti sunt Psal. 106
sicut ebrius, & omnis sapientia eorum
deuorata est. Oecolampadius anno.
1524. mēse Iulio indignabatur sangui
nem Christi denegatum fidelibus in sy
naxi: & anno nondum euoluto, ipse
cum complicibus hæreticis denegat fi
delibus & corpus & sanguinem Christi.
Similiter Zuinglius. Carolostadius, post
quam tantum incendium de sacramē
to sufflauit, iā palinodiam cecinit: non
proposuisse se ista vt credēda, neque ista
fore asserta ex spiritu, aut sacris literis,
sed certius indaganda ex proprio capi
te ab eo esse proposita. Vide quomo- Eccle. 27.
do stultus vt luna mutatur.

DE BAPTISMO puerorum. Cap. 30.

HOc est pactum meuȝ quod obseruabitis inter me & vos &c. Infans octo dierum circuncidetur in vobis &c. Masculus cuius præputij caro circuncisa nō fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactū meum irrituȝ fecit. Modo hoc videtur baptismus in ecclesia, quod circuncisio in synagoga. Sicut enim per circuncisionem paruuli Iudæorum includuntur cum pacto diuino, sic & paruuli Christianorum non sunt excludendi a pacto dei, quare pueri sunt baptiȝandi, contra Rebaptiȝatores: & puer nō baptiȝatus damnatur lege communi, cōtra Zuinglium: qui dum vnam hæresim Rebaptiȝatorum vellet destruere, alias decem docet deteriores contra expressas scripturas.

Mar. 10. Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: taliū enim est regnū Dei &c. & complexans eos, & imp

ponẽs manus super illos, benedicebat eos. Male faciunt ergo rebaptizatores prohibentes pueros per baptismum venire ad Christum.

Baptizare omnes gentes. Ergo etiã parulos. Matt. 28

Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes baptizati sunt in mari & nube, Certum autem est, qđ etiam paruuli fuerunt sub nube; & ita figuraliter baptizati. 1. Cor. 10

Baptismus nõ est reiterabilis sine sacrilegio, vnde Paulus: Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donũ cœleste &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. Non negant reiterationem pœnitentiæ, vt Nouatianus, sed renouationis, id est baptismi. Hebr. 6

Accedit vsus & authoritas totius ecclesiæ ab ipso Apostolorum tempore; cui merito omnes filij deuoti debent parere.

Dionysi⁹ de ecclesiastica hierarchia, cum dixisset pueros qui necdum pos- Dio. c. 7

ſunt intelligere diuina,ſacri baptiſmatis fieri participes,ſubdit: Iſtud cū piiſſimis ducibus noſtris(ita ſolet appellare apoſtolos)in mentē veniſſet, viſum eſt admittere infantes hoc modo, vt naturales oblati paruuli,parentes puerū vni ex fidelibus tradant præclaro diuinarum rerum magiſtro,in hunc præſul ſpondentem puerum iuxta ſanctam educatam vitam requirit,vt abrenunciationem profiteatur,fidemq́; fateatur. Ecce pueros Baptizatos ab Apoſtolis ſub ſponſione patrinorum.

Cyprianus & totum conciliū Aphricanum ad Fiduz,qui opinabatur pueros intra ſecundum & tertium diem cōſtitutos,non debere baptizari. Reſpondet Cyprianus: Longe aliud in cōcilio noſtro omnibus viſum eſt. In hoc enim quod tu putabas faciendum,nemo cōſenſit,ſed vniuerſi iudicauimus nulli hominum nato miſericordiam Dei & gratiam denegandam.

Auguſti.ſuper Gene.lib.x.cap.23. Cōſuetudo matris eccleſiæ in baptizā

dis paruulis nequaquam ſpernēda eſt, neq; vllo modo ſuperflua deputanda, nec omnino credēda, niſi apoſtolica eſſet traditio. Egit hāc cauſſam duobus libris ad Marcellinū, ſub titulo de peccatorū meritis & remiſſione, hos libros vidit Hierony. & laudauit.

Hiero. lib. 3. aduerſus Pelagianos aſſirmat paruulos baptizari, vt eis peccata in baptiſmate dimittantur.

Cōcilium Mileuitanum cōtra Pelagianos hæreticos canone. 77. Itē, placuit, vt quicūq; paruulos recētes ab vteris matrum baptizādos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatoꝝ eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur: vnde fit cōſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionē peccatorum nō vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit. Hic a ſacro concilio anathemate percutitur Baldaſar Hiebmair cum ſuis rebaptizatoribus negantes baptiſmum paruulorum.

 Ipſe Zuinglius, qui negat peccatum

originale in pueris, ideo nō deleatur in baptismo: vnde volēs hæresim de pueris nō baptizādis destruere, decem alias affert hæreses, quarum & illa vna est, pueros catholicorum &c. nō baptizatos saluari: adde Augustinum vbi supra, cap. 33. similiter Hieronymus.

3 Quidam nouellus hæreticus Ebertardus Vuiedēsæ canonicus regularis, apostata Helbertaten, qui cōcedit quidem peccatum originale, tamē ait incertum an puer baptizatus moriēs saluetur, quia nescimus an recipiat fidē: & sic, si non recipiat fidem remanet filius iræ damnationis. Ecce in quot capita scinduntur hæretici, cōtra Aposto-
1. Cor. 1. lum. Non idipsum dicētes omnes. Ratio id euincit in fide fundata. Habent enim peccatum originale aliena præuaricatione cōtractum. Cur ergo pater misericordiarum dominus nō instituisset eis remedium, vt & aliena volūtate cooperāte sanarētur. Quod autē peccatum cōtrahāt pueri, liquet ex Augustino & Hieronymo, vbi supra contra

hæresim

hæresim Pelagianorum: & probatur. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Eramus natura filij iræ sicut & cæteri. Omnes enim peccauerunt, & egẽt gloria Dei. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mũdum intrauit, & per peccatũ mors: & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Hic Apostolus dicit: In quo omnes peccauerunt, & Pelagiani & Zuinglius audent dicere, paruulos non peccasse. Psal. 50. Ephe. 2. Rom. 3. Rom. 5.

✱ Et infra: Si vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hois Iesu Christi in plures abũdauit. Et infra: Si in vnius delicto mors regnauit per vnum; multo magis abũdantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in vita regnabũt (etiam paruuli in Christo regenerati) per vnum Iesum Christum. Et infra: Sicut per inobediẽtiã vnius hois peccatores constituti sunt multi &c.

✱ Gratias ago Deo meo, ꝙ neminem 1. Cor. 1.

vestrum baptizaui nisi Crispum & Caium, ne quis dicat ꝙ in noie meo baptizati sitis. Baptizaui autem & Stephanæ domum. Si totam domum baptizauit, ergo & paruulos huius domus.

1.Cor.15 Sicut in Adam oẽs moriuntur (etiã paruuli) ita & in Christo omnes viuificabuntur (etiam paruuli.) Hoc autem

Rom.6. non nisi per baptismum, per quẽ Christo incorporantur.

Contra rebaptizatores, pro baptismo puerorũ Oecolãpad.

1 Rebaptizatores contemnunt vsum Christianæ cõmunitatis.

2 Inductiua est illa sententia sectarũ, schismatum, & seditionum.

3 Quis ita docuit hactenus, aut quis consuetudinem hanc obseruauit?

4 Quando tamẽ incœptum est in ecclesia pueros baptizari, si aliquãdo nõ baptizabantur.

5 Si pueri non sint baptizandi, hoc probent prohibitum ex scripturis.

6 A tempore apostoloruꝫ baptismus non fuit prohibitus pueris.

7 Vultis tot centena milia baptizatorum infantium nō acceptare pro Christianis fratribus?
8 Zuinglius inuehitur in eos, ꝙ non obtinebunt victoriā, quia ēt ante mille annos hoc attentantes, succubuerunt.
9 Indignatur eorū nouitati. Si eo res progressa esset, inquit, ꝙ quodlibet caput obliquum (ꝙ primū aliquid noui & rari in phantasiam veniret) mox sectam adhærentem excitaret, tot futurę essent sectæ schismata, vt Christus in multa patiret. Et infra: Quodlibet caput melancholicū, Saturninū & singulare nititur propriam sectam erigere.
10 Licet baptismus puerorum non sit clarus ex scripturis sacris, sicut & alia multa, tn̄ quia non sunt contra Deum, sed cum Deo, ideo suscipienda.

Hæc recensuimus, vt intelligant catholici, quomodo hęretici nequeunt se defendere contra hæreticos, nisi armis ecclesiæ. Nam quod Cyprianū, Augustinū & cōcilium Mileuitanū inducūt, qn̄ catholici id facerent, clamarent pa- antidhei

tres patres. Ponamus rem ante oculos.
1 Et Luther & Oecolãpadius reijciũt vſum eccleſiæ in baptiſmo, & miſſa, & omnibus.
2 Et hæreſis Lutheri multas iam protulit ſectas, & ſeditiones tã cruentas, quales non ſenſit antea Germania. Vnde plus q̃ centena milia hominũ periere.
3 Quis ita docuit, vt lingua Germanica baptizaretis? vt ſacerdos Zuinglius vxorem duceret? & Oecolãpadius votum ac ordinem reijceret apoſtata?
4 Si aliquãdo nõ fuit quadrageſima in eccleſia, quãdo ergo incœpit? Aut ſi olim nõ erat cõfeſſio eccleſiaſtica (quã articularẽ vocant) quãdo incœpit?
5 Probant hæretici, Non exorcizandũ puerum, non habendos patrinos, Matrimonium non eſſe ſacramentũ, Confeſſionem non faciendam ſacerdoti, & mille huiuſmodi quæ ꝓhibent, ꝓbent inquã, prohibita in ſcripturis.
6 A tẽpore apoſtoloꝝ nõ fuit prohibitus cœlibatus, benedictio cereorũ &c.
7 Vultis tot centena milia cõfitentiũ,

In missa offerentium, eucharistiam ado rantium, vota religionis seruantiũ non acceptare pro catholicis, angustissima erit via ad Christum.

8 Nec tu obtinebis victoriam contra imagines sanctorum, cõtra eorum reli-quias, cõtra peccatũ originale, quia Feliciani, Heluidiani, Pelagiani ante mille annos hoc attentantes succubuerũt.

9 Indignantur oẽs catholici super tot hæresum nouitate, qõ quilibet pro suo capite mutat & ꝯfundit missam, baptismum, cõmunionẽ, & omnia officia.

Dolent catholici permitti hæreticis tot sectarũ nouitates. Sunt Lutherani, Carolostatini, Zuingliani, Oecolampadij, Rebaptizatores, Caphernaitæ.

Cur ergo Luther, Pillicanus, Carlstat, & tu ipse, nihil admittebatis, nisi quod claris scripturis sacris probaretur. Existimantes validũ esse argumentũ in theologia: A nõ legitur, ergo nõ est, cur iã traditiones hominũ capessitis, quæ vertigo cerebrũ vestrũ demẽtauit? Vbi est Zuinglij argumentũ cornutum tui fra

tris Baldaſaris Fridbergers. Supra ti. 15.

Obijciunt hæretici.

Mar. 16. 1 Euntes in mūdum vniuerſum, prędicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

Mat. 28. 2 Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in noie patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui vobis.

Act. 8. 3 Eunucho nuntiabatur prius euangelium, anteq; baptizaretur, ſic & Cornelio.

4 Cur dūtaxat ter baptizabant in anno antiquitus, ſi pueri nati mox baptizandi ſunt?

5 Nicolaus Papa incœpit baptizare pueros, ſed ſcriptura baptiſmum puerorum ignorat.

Reſpondent catholici.

Ad. 1. 2. 1 Chriſtus loquitur de adultis tā apud Marcum q; Matthęum. Notent tamē Lutherani ex verbis Chriſti, non ſufficere, credere & baptizari, ſed oportere ſeruare omnia quæ mādauit Chriſtus.

Augu. ad Bonifaciū. * Docentur etiam & credunt paruuli in eccleſia Saluatoris per alios, ſicut ex

aliis quæ in baptiſmo remittuntur peccata traxerũt. Idem: Mater eccleſia, os maternũ paruulis præbet, vt ſacris myſteriis imbuátur, quia nõdum poſſunt corde proprio credere ad iuſtitiam, nec ore proprio cõfiteri ad ſalutem. Si autẽ propterea recte fideles vocantur, quoniam fidem per verba geſtantiũ quodammodo profitentur, cur etiam non pœnitẽtes habeátur, cum per eorũdem verba geſtantium diabolo & huic ſeculo abrenũtiare monſtrentur? Hæc ille. Cuius aſſignatur ratio. Quia regeneratio ſpiritualis, eſt quodammodo ſimilis natiuitate carnali, quantum ad hoc, quod ſicut pueri in maternis vteris cõſtituti, non per ſeipſos nutrimẽtum accipiũt, ſed ex nutrimẽto matris ſuſtentãtur: ita etiam pueri nõdum habentes vſum rationis, quaſi in vtero matris eccleſię cõſtituti, nõ per ſeipſos ſed per actum eccleſiæ ſalutem ſuſcipiunt. Et ita fides aliena, puta eccleſiæ parentum, & patronorum offerẽtium paruulos ad baptiſmum, ſufficit eis ad ſalutem, ſicut De pf. bl. 4. c. Mat Rom. 10.

fides offerentium paralyticum, quorũ
Mat.9. fidem videns Ieſus ait illi: Cõfide fili,
Mat.8. remittuntur tibi peccata tua. Ita fides
Centurionis obtinuit puero ſuo ſalu-
Mat.15. tem. Et fides mulieris Chananeæ im-
petrauit filiæ ſuæ à dæmonio obſeſſæ
liberationem,&c.

Eunuchus fuit adultus, & ſimiliter
De.3. Cornelius.

De.4. Illud fuit pro adultis, non pro pue-
ris: & bis tantum fiebat ſolennis baptiſ
mus adultorum,in Paſcha & Penteco-
ſte. Non ter, vt Oecolampadius ſom-
niat, velut ex *Siritio*, Leo, Gelaſio &
Gerundinenſi concilio liquet.

Non eſſe Nicolai Papæ inuentum,
ex Hierony. Augu. & Cypriano liquet
qui.400.aut.600. annis Nicolaum p̃
ceſſerunt. Nulla vidi ſcripta rebaptiza-
torum,audio eſſe plerũq; homines in-
doctos,temerarios,& qui Latinam lin
guam non calleant,vno dempto Bal-
thaſare Heibmair Fridbergerio, q nar-
ratur eſſe autor huius perditæ ſectæ. Is
dum communionem Apoſtolicæ Se-

dis haberet, doctoratus honore fungebatur. Det ei Deus vt possit lumen cernere verum.

DE LIBERO ARbitrio. Cap. 31.

HAeretici hic resuscitarũt olim extinctam hæresim Manichęi. Primo quidem negarunt liberum arbitrium se habere actiue ad bonum opus, quia illud totuȝ & totaliter fieret a Deo. Dein Luther insanus factus, negauit omnino liberum arbitrium, quia omnia de necessitate absoluta eueniunt, quod olim stupidi Stoici, Empedocles, Critolaus, Diodorus, & alij errãtes dixerunt. Hęreticorum insania.

Dixit Dominus ad Cain: Nõne si bene egeris, recipies? sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit? sed sub te erit appetit⁹ eius, & tu dominaberis illius. Hic Deus facit liberuȝ arbitrium dominum, Luther in ignominiam creatoris facit illud seruum. Gene. 4

Mandatum quod ego præcipio tibi Deut. 3

bi, nõ est supra te, sed iuxta te est sermo valde in corde tuo, vt facias illum. Considera q hodie proposuerim in cõspectu tuo vitam & bonum, & ecõtrario mortem & malum. Infra: Testes inuoco hodie cœlum & terram, quod proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem: elige ergo vitam, vt viuas semen tuum. Electio pertinet ad liberū arbitrium, Concordat sapiens.

Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu cõsilij sui, adiecit mandata & præcepta. Si volueris mandata conseruare, conseruabũt te. Apposui tibi aquam & ignẽ, ad quodcunq; volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonuz & malum: quod placuerit ei, dabitur ei. Nihil expressius dici poterat pro libero arbitrio.

Hier. 5. Et eligent magis mortem quam vitam, omnes qui residui fuerint de hac cognatione pessima.

Iob. 5. Saluabitur innocens; saluabitur aũt in munditia manuum suarum.

Optio data est Iudæis, an Deum se qui velint. Iosue vltimo.

Optio data Dauid eligendi plagam ex tribus. 2. Re. 24.

Optio data est viro in voto vxoris. Num. 30.

Modo optio nõ ẽ sine libero arbitrio.

Qui potuit trãsgredi & non est trãsgressus, facere mala & non fecit. Eccle. 31.

Fecistis mala, quoniam potuistis. Psal. 50.

Voluntarie sacrificabo tibi. Psal. 53.

Substantia tua, dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebat: & deseruiens vniuscuiusq; voluntati, ad quod quisq; volebat conuertebatur. Sapiẽ. 16.

Ait seruus: Domine, quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; lucratus sum. Lucrari non potuit, nisi liberum arbitrium haberet se actiue, alioquin diceret se decem talenta accepisse. Concordat Paulus. Matt. 25.

Ego Plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Infra: Dei enim sumus adiutores. 1. Cor. 3.

Abundãtius omnibus laboraui, nõ ego, sed gratia Dei mecum. Simul ergo 1. Cor. 15.

operantur liberum arbitrium & gratia, vt ait Hieronymus. Et Bernardus dicit, Apostolum fuisse sociuȝ operationis.

Psal. 118. & 107. Audiamur prophetæ: Anima mea in manibus meis semper. Paratum cor meum Deus, paratum cor meū. *Si vo*

Esaiæ. 1. luerítis & audieritis me, bona terræ comedetis: q̄ si nolueritis, & me ad iracūdiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.

Esaiæ. 46 Redite præuaricatores ad cor.

Hiere. 3. Ecce loquuta es & fecisti mala, & potuisti.

Ezech. 18 Proijcite a vobis omnes iniquitates vestras in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum: & quare moriemini domus Israel? quia nolo mortem morientis, dicit dominus Deus. Reuertimini & viuite. Et antea dixerat. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, &c. In iustitia sua quaȝ operatus est, viuet. Operatur ergo nō solū recipit iustitiā.

Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos dicit dominus exercituum.

Hierusalem, quoties volui congre- Matt.23
gare filios tuos, quemadmodum galli
na cōgregat pullos suos sub alas, & no
luisti. Deo volente, homo non vult pe
liberum arbitrium.

Si vis ad vitam ingredi, serua māda- Matt.19
ta. Cum multis similibus.

Spiritus prophetarum prophetis sub 1.Cor.14
iectus est.

Qui statuit in corde suo firmus, nō 1.Cor.7
habens necessitatem, potestatem autē
habens suæ volūtatis. Insanus Luther
imponit necessitatem, Paulus negat:
cui credemus?

Vnusquisq; prout destinauit in cor- 1.Cor.9
de suo, non ex tristitia aut necessitate.

Omnis qui habet spem hāc in ipso 1.Ioan.3
(Deo) sanctificat se, sicut ille sanctus
est. Ecce liberum arbitrium & eius acti
uitatē. Et Augustinus: Ibi videte quo-
modo non abstulit liberum arbitrium.
Infra: Quia agis aliqd voluntarie, ideo
tibi aliquid tributum est, vt dicas sicut
Psalmista: Adiutor meus esto, ne dere Psal.26
linquas me. Si dicis adiutor meus es,

aliquid agis: nam si nihil agis, quomo-do ille adiuuat?

1. Pet. 1. Simile dicit sanctus Petrus: Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicé diligite. Si ergo debemus nos sanctificare, animas nostras castificare, id non fiet sine libero arbitrio, neque sine actione liberi arbitrij.

1. Ioan. 3 Et conspectu eius suadebimus corda nostra: quomodo autem suaderet sine libero arbitrio, aut quę vtilitas suasionis, si omnia necessario eueniunt vt insanit Luther?

Ad Philemonem Sine consilio tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuũ esset, sed voluntarium, Luthero, bruto omnia de necessitate fiunt.

Porro, si libero caremus arbitrio, & omnia absoluta necessitate eueniunt, nihil relinquitur precibus consilijs, regiminibus publicis, deliberationibus, nulla debentur præmia virtutibus, nullæ pœnæ vitijs, pereunt leges, iura, statuta, præcepta: cessant admonitiones, per

ſuaſiones, illices, &c. nam hæc omnia libertatem exigunt, neceſſitate autem caſſantur. Et in ſumma, hoc eſſet omnia flagitia & ſcelera, impietates ac blaſphemias in Deum referre. Nam quis imputabit Iudæ proditionem, quam ineuitabili neceſſitate commiſit, &c.

Contra dicit Dominus.

Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Hiere. 2.

Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum. Oſee. 13.

Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendū, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Si omnia neceſſario fiunt, quid prodeſt docere, arguere, corripere, erudire? Si liberum arbitriū nihil facit, quid prodeſt hominem eſſe inſtructum ad opus bonum? Vnde Luther ex hominibus vult facere truncos & ſtipites. Qui agūt omnia cum conſilio, reguntur prudentia. 2. Tim. 3.

Hieronymus affirmat ſibi hoc ſtudiū

fuisse, vt omnipotentiam Dei simul & liberum arbitrium astrueret. Simile dicit Ambrosius de vocatione gentium, libro primo, cap.3.

Augustinus in pluribus locis, maxime tamen lib.3. hiponosticon, vbi inter alia inquit: Liberum arbitrium inesse hominibus certa fide credimus, & prædicamus indubitanter. Sic Origenes, Chrysostomus, Basilius, Theophylactus (cui ob id iniquior est Oecolampadius) omnes astruxerunt liberum arbitrium.

Gregorius Nissenus fatum ineuitabile Stoicorum destruit, & liberum arbitrium actiuum euidentissime cōmonstrat.

Ioan.6. Cyprianus ad Cornelium, lib.1. episto.3. Christus dixit ad apostolos: Nunquid & vos vultis abire? seruans. s. legem, qua homo libertati suę relictus & in arbitrio proprio constitutus, sibimet ipsi vel mortem appetit vel salutem.

Bernardus est totus in hac sentētia, in peculiari libro de arbitrio & gratia.

Obijciunt hæreti.

Baptista

1 Baptista dixit: Non pōt homo acci- Ioan.3.
pere quicq̄, nisi fuerit ei datū de cœlo.
2 Omne datū & donum perfectū, de- Iaco.1.
sursum est descendēs a patre luminuȝ.
3 Omnis sufficiētia nostra ex deo est. 2.Cor.3.
4 Quid habes, quod non accepisti? si 1.Cor.4.
autē accepisti, quid gloriaris quasi non
acceperis?
5 Miserebor cui misertus sum, & mise Rom.9.
ricordiam præstabo cui miserebor. Igi-
tur non volentis, neq; currentis, sed mi
serentis est Dei. Ergo cuius miseretur, &
quem vult indurat.
6 Quare errare nos fecisti domine de Esa.63.
vijs tuis, indurasti cor nostrum, ne time
remus te.
7 Nunqd dicit lutū figulo suo: Quid Ibid.45.
facis? & opus tuū absq; manibus est.
Nō est hominis via eius, nec viri vt Hiere.10.
ambulet & dirigat gressus suos.
8 Si reliquiæ secundum electionē gra Rom.9.
tiæ Dei saluæ factæ sunt: si autem gra &.11.
tia, iam non ex operibus: alioquin gra
tia iam non est gratia.
9 Cum aūt tradent vos, nolite cogita- Mat.10.

re quo aut quid loquamini. Dabit̃.n̄ vobis in illa hora quid loquamini.

Ibidem. 10 Nōne duo passeres asse væneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro.

Ioan.6. 11 Nemo venit ad me, nisi pater q̃ misit me, traxerit eum.

12 Ecclesia orat: Deus, cuius est totum quod est optimum.

13 Augustinus ad Felicianum: Dum deus remunerat merita nostra, coronat dona sua.

14 Bernardus: Liberum arbitrium est tantum capax salutis.

15 Porro extollere hoc modo liberum arbitriū quasi aliquid possimus ex viribus nostris, est hæresis Pelagiana: nā liberum arbitrium ante gratiā nihil pōt nisi peccare. Ideo scholastici ponentes meritū congrui, sunt noui Pelagiani.

Respondent catholici,

Fatemur ante omnia Deum esse primam caussam omnium rerum, & nihil sine ipso fieri posse, vnde ad omnē effectum naturalem influit generaliter,

sed ad operationes bonas rōnalis crea
turæ cōcurrit etiam speciali influxu.
* Deus igitur est prima caussa mouēs
& naturales caussas & voluntarias. Et
sicut caussas naturalibus, mouēdo eas
non aufert, quin actus earum sint natu
rales: ita mouēdo caussas voluntarias
non aufert, quin actiones earū sint vo-
lūtariæ, sed potius hoc in eis facit. Ope
ratur.n.in vnoquoq; s̄m eius ꝓprieta-
tem, cuncta disponens suauiter.
Dein fatentur, liberum arbitrium ex
se solo non posse in bonū, & nihil esse:
sed gratia dei facit vt aliqd possit. Ideo
nullus homo ex se cogitat aliqd boni,
sed ex gratia dei speciali. Tertio dicunt
hoc non solum intelligi de gratia, quæ
est charitas & gratum facit deo, sed etiā
de motione gratuita præuia, qua deus
inspirat, pulsat, & vocat hominē ad bo
num. Ideo diligenter est attēdendum,
quid solius dei, quid dei & liberi arbi-
trij simul. Quod significantissime Au
gustinus, aut quis alius erudit⁹ author
in libro de ecclesiasticis dogmatib⁹ ex-

pressit, dicens: Initium salutis nostræ deo miserante habemus (Ecce primus gradus solius dei) vt acquiescamus salutari inspirationi, nostræ potestatis est (en secúdum gradum, qui est liberi arbitrij & ibi meritum congrui) vt adipiscatur quod acquiescendo inspirationi cupimus diuini muneris est (ecce gradum tertium gratiæ gratum facientis) vt non labamur in adepto salutis munere, nostræ potestatis est & diuini pariter adiutorii. Quartus iste gradus perseuerantiæ pendet ex gratia dei, & libero arbitrio simul.

De.I. Fatemur bonum non nisi Deo datore accipi, sed aliqua dat agéte libero arbitrio, aliqua sine illius actione.

De.II. Ita fatemur merita nostra esse dona dei & data a deo, præueniente, cooperante & subsequente, sed non negatur per hoc liberum arbitrium concurrere actiue ad merita.

De tertio, quarto, & quinto similiter dicatur: nam deus ex misericordia preuenit liberú arbitrium mouendo, & mi

fericorditer cooperatur adiuuando.

Populus peccans nõ facit deum au thorem peccati & erroris. Itaq; intelli gatur, fecisti, id est permisisti sic indura sti, id est indurari permisisti. Iuxta com munem theoricã, sed per hoc non eua cuatur actiuitas liberi arbitrij. De.vxi

Fatemur nullum hominem debere rebellare, aut superbire cõtra opificem sicut nec instrumẽtum contra artificẽ. Omnis enim creatura est instrumentũ diuinæ potentiæ, sed per hoc nõ aufer tur liberum arbitrium. De.vxx

*Ad aliam Hieronymi authoritatẽ di cendũ, q in opere hominis est duo in uenire. s. electionẽ operum, & hoc sem per in hominis potestate cõsistit: & ope rum exequutionẽ, & hoc non semper in hominis est potestate, sed diuina pui dentia gubernante propositũ hominis quandoq; ad finẽ perducitur, quãdoq; non. Dicitur igitur non esse in homine via eius quãtum ad exequutiones ele ctionũ, in quibus impediri potest mul tipliciter, velit nolit. Electiones autem

ipsæ sunt in nobis, supposito tamen di uino auxilio. Et ideo non dicitur esse liber suarũ actionu3, sed liber suæ actionis, quæ est iudicium de agẽdis: & hoc ipsum nomen liberi arbitrij demõstrat. Sonat enim liberũ de agendo vel non agendo iudicium.

De.VIII Saluantur boni ex gratia, non operibus, intelligas exclusa gratia, qa opera nihil sunt sine gratia. Nõ enim sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis ait Paulus.

De.IX. Aufert anxiam solicitudinem præcogitandi. Et secus est de scientia Apostolorum, quia illa erat infusa & liberũ arbitrium habebat se passiue, secus de operibus liberi arbitrij, quæ simul cum gratia operantur.

De.X. Cæcutit Melanchthon, qui hoc dictum lacerat cõtra liberum arbitrium, cum omnis homo videat, Christũ velle, oia esse subiecta prouidentiæ dei.

De.XI. Asserimus tractum patris per gratiã p̃uenientem & cooperantem, sed ac-

quiescere tractioni, & non indurare cor da nostra, si vocem eius audierimus, hoc est liberum arbitrium.

Admittimus totum esse a deo, non solum in optimis, sed etiã in omnibus creaturis, sed sicut per hoc caussæ naturales non excluduntur, ita nec in moralibus liberũ arbitriũ. Alias rotũde dixi, meritũ est totũ a deo, sed nõ totaliter, hoc clare intelligit bonus physicus. De. XII.

Merita nostra sunt dona dei, imo oĩa bona, quæ accepimus temporalia sunt dona dei, sicut Iob ait, sed per hoc non excluditur actiuitas liberi arbitrij, sicut nec gignitio bouis, aut etiam fructificatio agri &c. De. XIII.

Liberum arbitrium est tantũ capax salutis, id est gratiæ: ibi enim habet se pure passiue, id quod dictũ est de gratia, hæreticus Carolostadius torquet ad opera meritoria. De. xiiij.

Non sunt Pelagiani ecclesiastici patres, neq; scholastici, non enim negant peccatum originale, non dicunt hominem ex puris naturalib⁹ saluari, sed cõ De. XV.

ſtanter affirmant gratiam neceſſariã.
Imo oportet gratiam præuenire ope-
Act.10. rationem liberi arbitrij. Et recte aſſerit
meritum congrui, ſicut de Cornelio cẽ
turione liquet, cuius eleemoſynas deus
reſpexit & gratiam contulit ſpiritus ſan
cti. Non ergo ſumus noui Pelagiani,
ſed hæreticus eſt antiquus ſtupidus, ſtoi
cus & Manichęi poſthumus, Lutherus
cũ Caroloſtadio, Vrbano & Pillicano.
✳ Scito ex præſcientia dei non poſſe
concludi, omnia ex neceſſitate euenire
(id quod putant nõnulli indocti) & ita
actus noſtros eſſe neceſſarios, neceſſita
te abſoluta, quæ dicitur neceſſitas con
ſequentis ſed bene neceſſitate cõditio-
nata, quæ dicitur neceſſitas conſequen
tiæ, cum qua ſtat libertas arbitrij in hu-
manis, ſicut etiam rerum contingentia
in contingentibus.
Vide quæ ſcripſimus in Caroloſta-
dium, & in opere peculiari de libero ar
bitrio. Vide Cocleum Alphonſium a
villa ſancta.

DE ORATIONE

& horis canonicis. Cap. 32.

Quia Lutherus docuit, omnia fieri absoluta necessitate, abstulit liberū arbitrium, plures eius sequaces cōtra expressas scripturas negant orandum esse, quia Christus pro nobis sufficienter orauerit.

Discipuli dixerunt ad Christum: Domine doce nos orare, & ait illis, cum oratis dicite: Pater noster qui es in coelis &c. Luc. 11. Mat. 6.

Et dimissa turba Iesus ascēdit in mōtem solus orare. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. Matt. 14. Mar. 6.

Factum est autem illis diebus, exiit in montez orare; & erat pernoctans in oratione Dei. Luc. 5. 6.

Et ascendit in montem vt oraret, & factum est dum oraret, species vultus eius altera. Luc. 9. Luc. 22.

Positis genubus orabat dicens: pater si vis, transfer calicem istum a me. Matt. 26.

Et factus in agonia prolixius orabat.

Mar. 14. Orate autem, vt nõ fiat fuga vestra
Matt. 24 hyeme vel sabbato.

Mar. 13. Videte vigilate & orate, nescitis enĩ quando tempus sit.

Matt. 5. Orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

Luce. 18. Oportet semp orare & nõ deficere.

Ibidem. Deus non faciet vindictam electorum clamantium ad se die ac nocte.

Matt. 26. Orate ne intretis in tentationem.

Act. 1. Et cum orassent, motus est locus in quo erant congregati.

Ibidem. Et orantes dixerũt: Domine qui nosti corda ho. &c.

Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu & fra. &c.

Act. 13. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos.

Act. 14. Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cũ ieiunationibus, commendauerunt eos domino. Quod ergo Apostoli aui de petierunt scire, Christus docuit & imperauit, ac facto impleuit. Discipuli

quoq; & Christiani primitiuæ ecclesiæ sedulo fecerunt, nullo pacto est a Christiano intermittendum.

Hoc autem genus (dæmoniorum) non eijcitur, nisi p orationẽ & ieiuniũ. Matt. 17. Mar. 9.

Quæcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis. Matt. 21.

Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Act. 10.

Et Petrus quidem seruabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Act. 12.

Obsecro ergo vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis in orationibus vestris pro me ad deũ. Rom. 15

Quoniam & adhuc eripiet (de periculis) adiuuantibus vobis in oratione pro nobis. 2. Cor. 1.

Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarũ actione petitiões vſæ innotescát apud deũ. Philip. 4.

Gratias agimus Deo semper p omnibus vobis, memoriam vestri faciẽtes 1. Thes. 1.

in oratiõibus nostris sine intermissiõe.

Col. 4. Orationi instate vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul & p nobis, vt Deus aperiat nobis hostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Hinc inuocatur Maria in principio sermonis.

Act. 6. Nos vero orationi & ministerio christi instantes erimus. Nota orationem præponit prædicationi.

4.Re. 20 Dixit Esaias ad Ezechiam præcipe domui tuæ morieris & non viues, qui orauit dicẽs: Obsecro domine, memẽto quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. Infra, Hęc dicit dominus Deus Dauid patris tui, audiui orationem tuam &c.

2 Par. 20 Iosaphat ait: Cũ ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nr̃os dirigam⁹ ad te.

2.Cor. 13 Oramus Deũ, vt nihil mali faciatis.

2.Thes.3. Orate pro nobis vt sermo dei currat & clarificetur.

1.Tim. 2. Obsecro primum omnium fieri ob-

secrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate. Hic mos a S. Paulo vsq; in hunc diem seruatur in ecclesia, vt in fine sermonis oretur pro statibus ecclesiasticis & secularibus pro pace, pro viuis & mortuis.

Volo viros orare in omni loco, leuãtes puras manus sine ira & disceptatione. Ex veteri ergo & nouo testamento liquet quã vtile & necessariũ sit orare, pro oi bono ꝯ oé malum. Paucos hos locos ex mille delegimus, vide Psal. Ibidem

Qui repugnant orationi Vuiclesitę & Lutherani assimilantur gygantibus contra deum pugnantibus, Non exorauerũt ꝑ peccatis suis antiq gygãtes, qui destructi sunt ꝯfidentes virtuti suę. Eccle.16.

Secundum axioma.

Horas canonicas ab ecclesiasticis obseruandas, ostenditur.

Septies in die laudem dixi tibi, sup iudicia iustitiæ tuæ. Psal.118.

Dani.6. Daniel ingressus est domum dei sui & fenestris apertis in cœnaculo suo cótra Hierusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat. Ecce stata orandi tempora.

Act.3. Petrus & Ioannes ascendebant in templum, ad horam orationis nonam.

Act.10. Ascendit Petrus in superiora, vt oraret circa horam sextam. Ecce Apostoli obseruarunt solitas orationis horas apud Iudæos, & hos sequuta ecclesia.

Act.15. Moses a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbatum legitur, inquit S. Iacobus, & hodie faciunt Iudæi. Ignominiosum foret ecclesiæ tacere, canente synagoga. Tria capitula leguntur a Iudæis omni die. Exo.13. in tribus partibus, & Deute.9. Rabbi Moses. Erubescat Christianus qui non laudat Deum.

Eccle.3. Omnia tempus habent, & suis spa-
1.Cor.14 tiis transeunt vniuersa sub sole. Et cum omnia in nobis honeste & secundum ordinem fieri debere præcipit Aposto

lus, cur laudes diuinæ non haberent suum tempus?

In huius figura Hiericho corruit, qñ sacerdotes septem buccinis circumierunt clangendo septies. Sic buccinis horarum Canonicarum, corruunt machinæ diaboli. Iosue. 6.

Nota, cantica ecclesiæ desumpta esse ex Biblia, non tamen secundum trãslationem Hieronymi, qua iaȝ vtimur, sed Septuaginta, vt liqueat in introitu Lætare Hierusalem: quod confert cuȝ ca. 66. Esaiæ, ibi Lætamini Hierusaleȝ. Sequitur igitur ista cantica fuisse in missa ante Hieronymum.

Cyprianus testatur, de expositione orationis dominicæ horas canonicas etiam in veteri testamento obseruatas ex Daniele, sed nobis Christianis præter horas antiquitus obseruatas, orandi nunc & spatia & sacramenta creuerũt. Sub lege erat hora tertia, sexta & nona ecclesia addidit matutinas, primaȝ, vesperas & completorium, vt sic iustitia nostra plus abundaret, quam scribarũ Matt. 5.

& pharisearum. Mysteria horarum, vide ibidem.

Institutæ sunt enim horæ ad laudandum Deum pro beneficijs suis, inter quæ maxima sunt, beneficium creationis septem diebus expletum, Genesis primo, & beneficium redemptionis septé quodammodo horis peractum.

Iulianus Imperator apostata, transtulit ritum psallendi & horas canonicas ad paganos, vt honestas ecclesiæ non esset admirationi gentibus: testis Cassiodorus in historia tripartita.

Hieronymus de virginitate seruanda ad Demetriadem: Præter Psalmorum & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesperam, media nocte & mane semper est exercendum, statue, quot horis sanctam scripturam ediscere debeas.

Idem in Epitaphio Paulæ de ordine monasterij inquit: Mane, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio, per ordinem Psalterium cantabant.

Di.91.ca. psal. Basilius de institutione vitæ religiosorum

forum canone.2. Horæ a sanctis viris precibus ad Deū ac laudibus dicatæ, sequendæ sunt, ait enim magnus David: Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo, super iudicia iustitiæ tuæ. Rursus ait: Vespere & mane, & meridie. Psal.118. & .54.

Chrysostomus homilia.56. Matutinas orationes compleuerunt. Infra. Tertiam, sextam, nonaq;, & vespertinas orationes celebrant.

Agathense concilium, presbyter mane matutinali officio expleto, pensum seruitutis suæ, videlicet primá, tertiam, sextam, noná, vesperáq; persoluat. bi.91.ca. presby.

Augustinus ad inqsitiones Ianuarij. Sine dubitatione faciendum est maxime id quod de scripturis defendi potest, sicut de hymnis & psalmis canendis, & ipsius domini & apostolorū habemus exempla. Hoc auté non fit nisi in horis canonicis.

De matutinis horis.

Media nocte surgebam ad cōfitendum tibi. Psal.118.

Ibidem. Memor fui nocte nominis tui dñe.
Psal 133. In noctib⁹ extollite manus vestras
&,&.91. in sancta, & benedicite domino.

Lauabo per singulas noctes lectū meum.

Bonum est cōfiteri domino, & psallere nomini tuo altissime, ad annūtiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Exo.12. Factum est in noctis medio, pcussit dominus omne primogenitum in terra Aegypti.

Mat.25. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit. Ecce media nocte deus laudandus est, hæ.n. sunt vigiliæ Christianorum & monachorū, ait Hierony. Sic.n. cladi Aegyptiorū non miscebimur, sed spōso veniēti lęti occurremus.

Psal. 81. Præueni in maturitate & clamaui.
Mat. 26. Christus dum media nocte orat in
Ioan. 18 monte oliueti, a Iuda proditur, a Iu-
Act. 16. dæis capitur.

Media autē nocte Paulus & Silas adorantes laudabant Deum. Infra. Subito terræmotus factus est magnus. Si

ergo David, Prophetæ, Christus, Apostoli, media nocte orauerunt ad dñm: cur Lutherani pigri & sternutantes hæretici, irridēt religiosos ad matutinas surgentes, quia vanum sit ante lucem surgere, quasi promiserit dominus coronā profunde dormientibus.

Christus erat pernoctans in oratione Dei.

Petrus media nocte liberatus de carcere Herodis. Act.

Chrysosto. Constantinopoli contra Arrianam perfidiam, auxit in nocturnis, hymnis, orationes, author Cassiodorus lib. 10 historiæ tripartitæ, ca. 8.

Tribus Leui iussa fuit specialiter seruare custodias noctis filiorum Israel ante tabernaculū testimonij. Specialiter ergo iam religiosi vigilent in matutinis, pro salute Christianæ plebis. Num.

Abeat ergo Vigilātius & Lethargici hæretici cū Lutheranis, vigilias, & matutinas contemnentes.

De nocturnis & laudibus.

Institutio solennis officiandi a S. Ma

co dicitur incœpisse in Alexãdria, quæ postmoduz ad alias defluxit ecclesias, testatur Philo Iudæus, renarrat Eusebius eos nouos cõposuisse hymnos li. 2. ca. 17. & de nocturnis officijs, & psalmorum lectione. Testis etiã Cassiodorus. Si ergo Marcus hoc ordinauit in Alexãdria, profecto hoc a S. Petro habuit, sicut & suum euangelium.

Duodecim psalmos ordinatos fuisse testatur Cassianus, & totidez lectiones ex nouo & veteri testamento.

Concilium Laodicense noluit psalmos continuari, sed lectiones interseri.

Sanctus Hieronymus psalteriũ aptissime diuisit iussu Damasi, vt magna varietas orandi cessaret. Tres nocturni & laudes in vna vigilia canuntur loco quatuor vigiliarum, cum caro infirma sufferre non sufficeret, continuam vigilandi obseruantiam. Laudes deo persoluũtur, ꝙ cum omnis creatura in laudem Dei soluatur, culpabilis esset homo rationis capax, qui id facere negligeret. Prophetæ assumpti sunt, supra

psalmorum vsum, quod omnes prophetię Christum scopum habuerunt, & Christus in synagoga aperuit & legit Esaiã. Euangelia quoq; certa, certis diebus & festis fuerunt a tempore Apostolorum accõmodata, & annua obseruantia custodita. Augustinus in prologo sup canonicam Ioãnis: Interposita est solẽnitas sanctoꝝ dierum, quibus certas ex euangelio lectiones oportet in ecclesia recitare, quę ita sunt annuæ, vt alię esse nõ possint. Ordo ille quẽ susceperamus, necessitate paululũ intermissus est. Luc.4.

Augustinus necessarium ponit, certa in festis legi euangelia. Hæretici omnia confundunt Euangelia omni die pro libito sumentes.

Libros Ionę & Iob certo tẽpore legi astruit Ambrosius lib. 5. Epistolarum, epistola trigesimatertia.

Concilium Aphricanum ca. 13. decreuit, liceat legi passiones martyrũ, cũ anniuersarij dies eorum celebrantur.

De hymnis & antiphonis, & psallendi vsu.

Mat.26. Et hymno dicto, exierunt in montē
Col.3. Oliueti.

Verbū Christi habitet in vobis abū
danter, in omni sapientia docētes & cō
mouētes vosmetipsos in psalmis, hym
nis, & canticis spiritualibus, & grā can-
tantes in cordibus vestris domino.

Psal.99. Introite portas eius in confessione,
atria eius, in hymnis confitemini illi.

Psal.64. Te decet hymnus deus in Sion. Eru
Psal.118 ctabunt labia mea hymnum, cum do
1.Cor.14 cueris me iustificationes tuas.
Psal.9.

Quibus gestis, in hymnis & confes-
sionibus benedicebant dominum, qui
magna fecit in Israel. Orabo spū, ora-
bo & mente: psallam spiritu, psallaʒ &
mente. Psallite domino qui habitat in
Sion, psallam nomini tuo altissime in
psalmis per totum.

Psal.46. Psallite deo nostro, psallite.
Ephe.5. Impleamini spiritu sancto, loquen-
tes vobismetipsis in psalmis, & hymnis
& canticis spiritualibus cantātes & psal
lentes in cordibus vestris &c. Psalmus
1.Tim.2. obsecrationeʒ, Antiphonā postulatio-

ftem, Collecta orationẽ, Hymnus grã tiarum actionem sonat: horum enim quatuor meminit Paulus.

Alexandriæ ortus psallendi altern⁹ modus, supra a Chrysost. restitutus, per omnem ecclesiam receptus.

Concilium Toletanũ dixit de hymnis canendis, & Iesu saluatoris, & apostolorum habemus exemplum. De consi dis. 1. ca. De hym.

Idem cõcilium Isidoro præside: Ne aliquibus nostra diuersitas apud carnales vel ignaros schismatis errorẽ videatur ostendere, & multis extet in scandalum varietas ecclesiarũ. Vnus igitur ordo orandi atq; psallendi a nobis per oẽm Hispaniam atq; Galatiam cõseruetur.

Augustinus ad inquisitiones Ianuarii. Si quid per loca ecclesiarum regionumq; varïatur, faciat quis, quod in ecclesia in quã venerit, inuenerit, non.n. quicq̃; eorum cõtra fidem est, nec ꝯtra mores fit. Vide eum est pulcher.

Varietas ecclesiarum in diuinis officiis, non impedit, sed ornat, quia astitit regina a dextris tuis, circũdata varieta- Psal. 44. Esa. 6.

te, modo nõ sit tanta varietas, vt videatur inducere errorem schismatis.

Isidorus. Antiphonas Græci alternis choris cecinerũt velut duobus seraphin ac testamẽtis inuicem sibi clamãtibus. Sanctus Ambrosius Grecos inuitatus, apud Latinos Antiphonas instituit.

Ignatius primus per visionẽ doctus angelorum antiphonas Antiochię īstituit.

Apoc.4. Et quatuor animalia requiẽ non habebant die ac nocte, dicentia: Sãctus, Sanctus, Sanctus, dominus deus oipotens. Ad angelorũ imitationem, ecclesia se exhortatur ad cantũ, in præfatione dicens, Coelilcœlorumq; virtutes, ac beata Seraphin socia exultatione cõcelebrant, cuȝ quibus & nostras voces vt admitti iubeas deprecamur, supplici cõfessione dicentes: Sanctus, sanctus.

Luther egregie hic desipit, Cum.n. passim reijciat cõstitutiones humanas, hic ne videatur totus pigritare, horas canonicas nõ reijcit omnino, sed pro suis apostatis & periuris, permittit, vt tres dũtaxat psalmos pro matutino sumant

officio, tres pro vespertino.

Paulus Corinthios, Ephesios, & Colossenses docuit cantum vocalem, in hymnis & psalmis.

O bijciunt hæretici.

1 Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœloruз. Matt. 7.

2 Si orationes valerent, tunc deum ne cessitarent.

3 Si orationes essent vtiles, tũc alia bona opera essent superflua.

4 Scit pater vester quid opus sit vobis antequam petatis eũ, frustra ergo orát. Matt. 6.

5 Ego Deus & non mutor, ergo oratione non flectitur. Malac. 3.

6 Orantes nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt; putant enim quod in multiloquio suo exaudiãtur. Ideo oratio non sit prolixa. Matt. 6.

7 Sacerdotes possent aliquid vtilius facere, quam murmurare tot psalmos, & quid melius & deo placentius? Ita argumentantur aliquando tepidi auditores Theologiæ.

8 In Biblia horæ canonicæ non præ

cipiuntur clero.

9 Nihil est in ecclesia legendum, nisi verbum Dei. In orationibus autẽ multa alia continentur, etiam fabulosa de sanctis.

Respondent Catholici.

Dc.1. Christus hic non prohibet orationẽ sed hypocritam qui verbis orat Deum, non factis excludit a regno cœlorum quales sunt hæretici factis Deum impugnantes.

Dc.2. Deus omnium rerum supremus arbiter, a nemine necessitatẽ, attamen pijs orationibus fidelium pulsatus, gerit se per modum necessitati, velut ait Mosi roganti, Dimitte me; vt irascatur furor meus, quasi prohibitus petit se dimitti. (Exo.32.)

Dc.3. Oportet illud facere (orare) & alia non negligere, adeo ieiunium non est superfluum nec eleemosyna, vt subleuetur his oratio in cœlum.

Dc.4. Fatemur deum præscire, nec narramus vt ignoranti, sed rogamus, vt potẽtem, subuenire. Oratione itaq; id petimus, quod deus disposuit nos medio

orationis esse consequuturos. Vult.n. rogari deus,ne vilescat datum.

Deus oratione non mutatur per essentiam,sed effectus mutatur. De. §.

* Vnde oratio nostra non ordinatur ad immutationem diuinæ dispositionis,sed vt obtineatur nostris precibus quod deus disposuit ante secula donare, vt dicit Gregorius in lib. dialogorũ. 23 q. 4. Obtinere.

Non prohibetur multiloquium orationis simpliciter,sed sicut ethnici faciunt. Augusti.ad Probã inquit: Multiloquium prohibetur,nõ prolixitas seu duratio. Nam multum loqui, est rem superfluis agere verbis. Vnde patrum in Aegypto breues,sed crebræ erant orationes. Prolixe orauit Christus,prolixe orauit Anna, & multiplicauit preces & Christus pernoctabat in oratiõe. Et Rabanus in Matthæum. Sicut hypocritarum est præbere se spectandos in oratione,quorum fructus est placere hominibus. Ita ethnicorum.i. gentiliũ in multiloquio suo se putare exaudiri. Et re vera omne multiloquium a De. 1. Reg. 1. Luc. 6. Luc. 2.

gentibus venit, qui exercendæ linguæ potius q̃ mũdando aio dant operã. Et hoc nugatorij studij vel rogatorij gen⁹ etiã ad prece deum flectendũ trãsferre conantur, arbitrantes sicut hominẽ iudicem, ita verbis Deum abduci in sententiam. Nolite itaq; similes esse illis dicit vnus & verus magister. Hæc ille.

De. 7. Isti sunt similes Naaman, q̃ meliores iudicauit fluuios Damasci omnib⁹
4. Reg. 6 aquis Israel, vt mũdetur in eis: sed Propheta iubet vt in Iordane lauetur, si velit sanari. Ita si melior sit lectio vtriusque testamenti, sit ita, tamẽ in aqua lauandum est, vbi magistri ecclesiæ iubent, in septem horis canonicis. Sic cæcus iussus adire nãtatoria, non dixit:
Hier. 48. Melius est vt orem, nostrum est obedire præceptis, nõ pro arbitrio nostro po-
alias, fraudulenter. tiora eligere. Maledictus qui facit op⁹ domini negligenter.

De. 8. In Biblia non præcipiũtur horæ canonicæ, sed insinuãtur: & ecclesia a sacris magistris. i. Apostolis hoc accepit.
Hebr. 13. Obedire autem oportet præpositis,

Contẽdis horas debere esse liberas, verum sunt libertate Christiana, qua seruiendum est deo, non autem libertate Machumetica, qua quisq; facit vel omittit s͠m desyderia praua cordis sui.

Contrarium fuit ostensum, etiam legendas sanctorum in officijs diuinis recitandas, similiter homiliæ patrum leguntur. & collectę orationum, in sacris literis expresse non continentur. Agones vero inuictorum martyrũ non reijcim⁹ more Lutherano, modo fideliter sint conscripti: nã & in Biblicis scriptis aliqui continentur, vt Stephani, Iacobi Pauli &c. alij a magnis quandoq; viris sunt perscripti. De. 9. Act. 7.

Coronis.

Lutherani & alij hæretici, explodentes ritum canendi, legendi, & orandi ecclesiasticum, atq; iuxta vesana eorum capita, nouas conficientes formulas cãtandi, missandi ac orandi, faciunt sicut Paulus Samosatenus hęreticus, q psalmos Christo dicatos cessare fecit, velut nuper inuentos. In semetipsum autẽ Euse. li. 7 eccl. hist.

compositos in die Paschæ i medio ecclesiæ canere mulieres, maxime quas prius instituerat, faciebat. Sic modo faciunt stulti hæretici cum suis cantilenis & porcinis ac caninis nouis vlulatib⁹:

DE PLVRALITATE SACERDOTUM & DECIMIS. CAP. 33.

Hæretici calumniantur multitudinem seruorum dei, sacerdotum & monachorum.

Exo. 13. SAnctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filijs Israel, tam de hominibus, quam iumentis: mea enim sunt omnia.

Exo. 22. Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.

Leui. 27. Primogenita quæ ad deum pertinet, nemo sctificare poterit & vouere.

Nume. 3. Ego tuli Leuitas a filijs Israel, pro omni primogenito qui aperit vuluam in filijs Israel, eruntq; Leuitæ mei.

Ibidem. Meum est omne primogenitum, ex quo percussi primogenita in terra Aegypti, sanctificaui mihi quicquid pri

mum nascitur in Israel.

Tolles Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel. Ecce in lege naturæ omnes primogeniti gaudebát priuilegio sacerdotij, & in lege scripta, loco primogenitorum successit tota tribus Leui. Nunc non sunt tot sacerdotes & monachi quot sunt primogeniti.

Dixit Iacob ad Esau: Vende mihi primogenita tua. Infra. Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. In lege naturæ primogenitura erat magna, quia primogenitus accepit benedictionem a patre (& erat loco consecrationis) habebat potestatem benedicendi, vestem item specialem in qua offerebat, duplã portionem habebat in hæreditate & ferculis. Cesserunt ista oia sacerdotio Aaronis primo, dein sacerdotio nostro, dempto eo quod sacerdotes non accipiunt duplam portionem, quia simpla eis inuite redditur iam a laicis, vel omnino negatur, quos numerauerunt Moses & Aaron iuxta præceptum domini per familias suas. Gene. 25

Nume.3. Omnes Leuitæ in genere masculi‑no a mense vno & supra fuerunt viginti duo milia. Et infra. Recensuit Moses primogenitos filiorum Israel, & fuerūt masculi a mense vno & supra viginti duo milia, ducenti, septuaginta tres. Infra. Loquutus est dominus: Ego sum dominus. In precio ducentorū septuagintatrium, qui excedūt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Israel, accipies quinq; siclos per singula capita, dabisq; pecuniam Aaron & filijs eius, pretium eorum qui supra sunt. Pōdera primogenitos redēptos pecunia. Hinc nemo miretur, si hodie ī ecclesia similes redemptiones fiunt, puta vt lacte vescaris in ieiunio, cōtribuas ad hāc fabricā: est enim communicatio vnius boni in aliud. Cessat ergo rudium argumentum: Si est permissum vel iustum cum pecunia, ergo etiam sine pecunia. Hodie talis pecunia datur communiter pauperibus, vel ecclesijs: quomodo clamarent Laici, si dareť clero, sicut iussit hic Deus.

Numerati

1 Numerati sunt Leuitę a viginti an- 1. par. 23
nis & supra, & inuẽta sunt triginta octo Ibidẽ ca.
milia virorum. Distribuũtur ibidem in 24. 25. 26
cantores, ianitores, præpositos, iudices, & in plures sortes & classes. Cum autẽ tam parua fuerit Iudæa, vt longitudo fuerit iter tridui. De latitudine, inquit Hieronymus in epistola ad Dardanũ, pudet dicere. Erubescat Christianus indeuotus, qui contra multitudinem religiosorum conqueritur, cum multo maior numerus seruientium Deo fuerit in lege Mosaica. Nam cũ populus Israel 2. Re. 24
fuerit, mille milia & centuẽ milia viro- 1. Par. 21
rum educẽtium gladium (Ita enumerauit Iacob Israel) sequitur, numerum Deo, seruientium, fuisse ferme. 28. eius partem. Vnde volentes minui clerum sunt Pharaones, qui populũ Hebræuẽ seruientium Deo, voluit minuere.

De decimis & alijs obuẽtionibus.

Decimas & primitias non tardabis offerre. Exo. 22

Primitias frugum terræ tuæ deferes Ibidẽ. 23
in domum domini Dei tui.

Deu.18. Hoc erit iudicium sacerdotũ a popu-
lo, & ab his qui offerunt victimas: Da-
bunt sacerdoti armum & vendiculuz,
primitias frumenti, vini, & olei, & lana-
rum partem ex tonsione ouium.

Nume.5. Omnesq; primitiæ, quas offerũt filij
Israel, ad sacerdotẽ pertinẽt: & quicqđ
in sanctuariũ offertur a singulis, & tra-
ditur manibus sacerdotis, ipsius erit.

Iosue.21. Iosue dedit Leuitis. 47. ciuitates cũ
suburbanis.

1. Par.6. Ciuitates plures q̃; sexaginta cũ suis
suburbanis, datæ fuerunt Leuitis.

Psal.98. Moses & Aaron in sacerdotibꝰ eius.
Hi tamen fuerunt supremi duces po-
puli ex Aegypto.

Samuel sacerdos, secũdum Bedam,
aut ad minus Leuita, teste Hiero. li. 1.
contra Iouinianuz. Fuit enim de tribu
Leui, eodez teste in. 1. Reg. 15. 18. tamẽ
fuit supremus iudex Iudæorum.

1. Reg.7. Tribus regalis Iuda & sacerdotalis cõ-
Luc.1. nubia contrahebant. Hinc Elizabeth
mater S. Ioannis, vxor Zachariæ sacer-
dotis, cognata fuit Mariæ.

Sadoch sacerdos vnxit Salomonem regem, Samuel Saulem & Dauidem, nō mirum q̄ hodie imperator a Papa, reges ab archiepiscopis vngantur. 3.Reg.1. 1.Reg.10 1.Reg.16

Ioiada pontifex fecit regnare, & vnxit Ioas regem. vxor Ioiadæ fuit Iosabeth soror regis Ochoziæ. 4.Reg.11 2.Par.22.

Azarias pōtifex restitit Oziæ regi inuadenti officium sacerdotale, qui lepra percussus fuit. 2.Par.26

Ezechias præcepit populo in Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi dñi. 2.Par.31

Iosue pontifex templũ restituit post captiuitatem Babylonicam. 1.Esd.3.6

Esdras Leuita a rege Artaxerxe aurum & argentũ obtinuit pro templo, & licentiam abeundi Iudæis obtinuit. 1.Esdr.7

Cognoui (Neemias) quia partes Leuitarum non fuissent eis datæ, & fugissent vnusquisq; in regionē suam, & egi caussam aduersus magistratus, & dixi: Quare dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos, & feci stare in stationibus suis, & omnis Iuda apportabat de Neem.13.

cimam frumenti, vini & olei in horrea. Hic populus propter famem ortam recusauit dare decimas Leuitis, ideo cogebantur recedere de templo. Sic faciunt mali laici, dicentes: Cur dabo sacerdoti? ego egeo pro me & pueris.

1.Mac,2. Machabæi fortissimi fuerũt sacerdotes & duces bellorum.

Decimas Deus sibi reseruauit debitas, in signũ vniuersalis dominij, Gen. 4. Exo.22. Leui.27. Deutero.[illegible]. & [illegible]. Tobiæ.1.

Deu,14. Decimam partem separabis de cunctis frugib⁹ tuis, &c. vt discas timere dominum Deum tuum in omni tẽpore. Ergo impij sunt, non timentes Deum, qui non dant decimas debitas.

Leui,27. Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum, dñi sunt. Omnium decimarũ bouis & ouis & capreæ, quę sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit sanctificabitur domino: nõ eligetur nec bonum nec malum. Ecce minutas decimas, sed pro intelligentia vltimi,

Omnia quæ offertis ex decimis & in donaria domini separabitis, optima & electa erunt cuncta, & non peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes, ne forte polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini. En pœna mortis manet eos qui studiose deteriora dant. Num. 18

Si affigit homo deum, quia vos cõfigitis me, & dixistis: In quo cõfigimus te? in decimis & primitijs. En non dans decimas assimilat crucifixoribus Christi, & Deo iniuriam facit, non solum sacerdoti. Hierony. Mala. 3

Et in penuria vos maledicti estis. Ecce pœna eoruz qui non dant decimas vel infideliter. Hinc venit omniũ reruz inopia. Attende tempora nostra. Ibidem

Augustinus: Cum decimas dando cœlestia & terrena possis ꝓmereri, pro auaritia tua duplici benedictione fraudaris. Hæc est enim domini iustissimi consuetudo, vt si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris: dabis impio militi, quod non vis dare sa

cerdoti.16.q.1.cap.decimæ.

Augustinus: Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt.

Luc.10. Dignus est operarius mercede sua.

1.Cor.9. Quis militat vnquam proprijs stipendijs?

Deu.25. Non alligabis os boui trituranti.

1.Cor.9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus?

Ibidem. Et qui altario deseruiunt, cum altario participant.

Act.4. Quotquot possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant precia eorum, quæ vendebantur, & ponebant ante pedes apostolorum: diuidebantur autem singulis prout cuique opus erat. Vide supra, titulo.22.

1.Cor.16 De collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui in ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite per vnam sabbati. Collectæ istæ fiebant in vsum pauperum Hierosolymis & prædicatorum. Et hodie Christiani in Græcia sub Turca nutriunt patriarchá & clerum ex collectis. Vnde

a colligẽdo; oratio in missa collecta dr, licet & aliæ sint rationes mysticæ.

Posteaquã reges & principes submiserunt colla fidei, & inclinarũt ceruices signo crucis, donationes & dotationes beneficiorum in locum collectarũ successerunt.

Syluester Papa. 12. q. 1. cap. futuram. Melchiad. Futurã ecclesiam in gentibus apostoli præuidebant, idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fouendos egenos. Meminit postea donationis Cõstantini, de qua 96. distinctione Constantinus. Et quomodo viri religiosi incœperunt possidere prædia. Ascribitur Melchiadi canon; in vetustis est Syluestri.

Quidam enim putabant, quia loculos hẽbat Iudas, ꝙ dixit ei Iesus: Eme ea q̃ nobis opus sunt ad diẽ festũ, &c. Ioan. 13. August. Ibidem: Habebat ergo & dñs loculos, & a fidelibus oblata cõseruans & suorum necessitatibus & aliis indigẽtibus tribuebat. Tunc primũ ecclesiasticæ pecuniæ forma est iustitia, vbi intel-

telligeremus qđ præcepit non cogitan dum de craſtino, non ad hoc fuiſſe præ ceptū, vt nihil pecuniæ ſeruetur a ſanctis, ſed ne Deo pro iſta ſeruiatur.

Auguſtinus de ſermone domini in monte. Docuit Chriſtus exemplo ſuo neminem ſcandalizari, ſi eius ſerui neceſſaria ſibi procurent.

Plato & alij. Sanctus Vrbanus primus martyr inſtituit ante Syluestrū, vt eccleſia prędia ac fundos a fidelib⁹ oblatos, reciperet.

Auxerunt hoc martyres ſequentes, Pontianus, Antherus, Fabianus, Cornelius, &c. vſq; ad Syluestrum.

Caſſiodorus li. 6. tripartitæ hiſtoriæ: Conſtantinus imperator diſponens res clericorum, vnicuiq; ciuitati proſpexit, vt clerus ſufficientia emolumēta perciperet, & hoc lege firmauit.

Mala. 3. Inferte omnem decimam in horreū meū, vt ſit cibus in domo mea: & probate me ſuper hoc dicit dominus.

Ibidem. Si nō aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionē vſq; ad abundantiam, & increpabo pro vo-

bis deuotâtem, & non corrūpet fructū terræ vestræ, nec erit sterilis vinea in agro. Stulti laici timét ne minus héant, si decimas & oblationes præstent.

Augusti. Antiqui patres ideo omnibus copijs abundabant, quia decimas dabant. Ergo timendum est eos non prosperari, qui religiosis etiam mendicitatem inuidét, & fratribus certum numerum præscribunt, ignorâtes synagogæ largitatem, quæ tot milia Leuitarū in singulos dies alebat.

Augustinus: Si decimā dederis, non solum abundâtiam fructuum recipies sed etiam sanitatem corporis & animæ consequeris: non enim deus premium postulat, sed honorem. Hinc ditissimi fuerunt principes & nobiles Germaniç, quando abundanter dabant ecclesijs, monasterijs. Iam omnium rerum egestas est apud plebem & principes. Maior fuit olim Abbatum Augiæ maioris S. Galli & Canboduni splendor, quā iam sit trium episcoporū. Carolus magnus anno domini octingétesimo de-

cimotertio villam regalem Vlmam cum omnibus iuribus & appenditijs & locis adiacentibus monasterio Augiæ maioris tradidit. Carolus factus est magnus Carolus. quod in dotando ecclesias magnum sequutus est Constantinum, qui felix ob tuitionem ecclesiæ dictus est ab Augustino lib. 2. contra Petilianum, capi. 93. & ab Ambrosio libro Epistolarum quinto, de obitu Theodosii imperatoris. Caueant principes ne spoliando clerum, malint imitari impium Iulianum imperatorem apostatam, quam Christianissimos principes Constantinum, Theodosium, Carolum magnum, sanctum Henricum.

Cassiodorus lib. 6. tripartitæ historiæ: Iulianus clericis omnia priuilegia, honores, consuetudinesque subtraxit, & leges positas pro eis soluit. Et rursus, Omnes possessiones atque pecunias Cæsariensium ecclesiarum cum verberibus exquirens, ad medium iussit afferri. Moxque eis trecentas auri libras in ærario publico collocauit. Et post multa interea

iubentur vasa ecclesiarum sacra, fisci ærario deputari, sublatisq; ianuis maioris ecclesiæ, fit cunctis accessibile sanctuarium. De Iuliano constat, quod anno 32. ætatis mortuus est, & Imperauit anno duntaxat vno mensibus septem.

Satellitum suorum pœnas, Iuliani, Felicis, & Heluidij, Cassiodorus vbi supra prosequitur.

Heliodorus quum templum Hierosolymis opulentissimum spoliare vellet, miraculo multis plagis & flagris afficitur, orante pro eo Onia sacerdote restituitur. 2. Mac. 3.

Antiochus ascendit in Hierusalem, cum multitudine graui, & intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum; & cãdelabrum luminis, & vniuersa vasa eius, mensam propositionis & libatoria, phialas, mortariola aurea, velum coronas, & ornamẽtum aureum, quod in facie templi erat & comminuit omnia, & accepit aurũ, & vasa concupiscibilia, & accepit thesauros occultos quos inuenit: & subla- 1. Mac. 1.

tis omnibus, abijt in terram suam. Et fecit cædem hominum, & loquutus est in superbia magna, & factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum, & ingemuerunt principes & seniores: & iuuenes & virgines infirmati sunt, & speciositas mulierum immutata est. Omnis maritus sumpsit lamentum, & quæ sedebant in thoro maritali lugebant, & commota est terra super habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob induit confusionem. De exitu suo scribitur. Contigit illum euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari, ita vt vermes de corpore eius scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes effluerent: odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur, cum nec ipse iam fœtorem suum ferre posset. Infra: In monte miserabili obitu vita functus est.

1. Mac. 9. Alchimus volens destruere templum, dissolutus est paralysi, nec vltra potuit loqui verbum, & mortuus est illo tempore cum tormento magno.

✻ Nicanor cum trigintaquinq; milli-bus occisus est caput eius cum manu nefaria, quam extẽderat contra domũ sanctam omnipotentia dei abscissa, cõtra templum suspensa sunt, & lingua eius particulatiꝫ diuisa, auibus data ẽ. 2. Mac. vltimo

Baltazar bibens in vasis templi, eadẽ nocte interfectus est, & Darius Medus successit in regnum. Dani. 5.

Thomas Cantuatiensis pro iuribus & prædiis ecclesiæ suæ occiditur, fratribus missam ꝓ defunctis apparantibus, angeli astant & intonant lætanter: Lætabitur iustus &c. Caueant igitur principes consiliarios, qui pro vtilitate egeni & tuitione dominij consulunt (præter extremam necessitatem) ecclesias spoliari.

Sichimitæ dederunt. 70. pondo argenti de fano Baal Berith Abimelech, qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos. Hoc fecit vt principatum obtineret. Sed mulier iaciens fragmentum molle, illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. Iudic. 9.

4.Re.16. Achaz rex collegit argentum & aurum, quod inueniri potuit in domo domini, & in thesauris regis, & misit regi Assyriorum, vt eum saluaret de manu regis Syriæ & regis Israel. Hoc fecit impius rex, idololatra non cōtentus præsidio Dei sibi ab Esaia promisso.

Esaiæ. 4. Boni igitur principis officiū fuerit, clerum amare & defendere, priuilegia concessa seruare integra ac ecclesijs & ecclesiasticis sua bona relinquere. Hæreses vero & hæreticos quam remotissime a finibus suis coercere. In quo & sibi & subditis pacem & tranquillitatem parabit, & vitam cum Christianissimis veteribus principibus merebit æternā.

MISSAM TVM horas Canonicas Latinæ, ac non Germanicæ dicendas. Cap. 34. & vltimū.

De missa ac cęteris horis Canonicis nō Alemanice, sed Latine in ecclesia Latina dicendis. Principio satis constat Christum in missa of-

ferri pro tota ecclesia congregata ex Iu dæis & Græcis, virtutemque passionis eius deriuari in omnes Christifideles, q sunt numero & merito ecclesiæ membra. Quemadmodum autem Iudæis peculiaris est lingua Hebraica, ita & gentibus Græca: ex qua Latinam ortam esse multi contendunt. Cum igit dominicæ passionis fructus omnibus Christianis, vt diximus, in sacrificio missæ applicetur, atq; horæ canonicæ pro tota ecclesia dicantur atq; decantẽtur, ad hoc designãdum dignum est, vt in ecclesia occidentali Latina, Latine & non Alemanice dicãtur: sicut & ecclesia Orientalis Hebraica, hebraicis verbis, Græca græcis Deum laudat, horasque quas vocãt Canonicas, decãtat.

Hinc etiam ad expressius hoc ipsũ significandum, Latini Græcas quasdã voculas Latinis immiscẽt missis & horis Canonicis, nempe kyrieeleyson. *Similiter* & Hebraicas, vt est alleluia & amen, & Græci simili modo latina verba vsurpãt a nobis. Vbi enim dicimus

kyrie eleyson, qđ a Græcis accepimus, ipsi dicunt: Domine miserere, quod habẽt a Latinis. Vnde Remigius lib. de officio missæ: Ideo dicũt kyrie eleyson & Latini græce, & Græci latine, quia & illorum quædam Græca verba honestius quam latina, & quædam Latina honestius q̃ græca sonant. Et vt vnum eiusdem dñi populum nos esse ostendamus, vnumq; Deum vtrumq; populum credere, kyrie eleyson Domine miserere, Christe eleyson Christe qui vnctus es, nõ oleo visibili sed plenitudine diuinitatis. Ad significãdum ergo vnitatem fidei in vtroq; populo, iuxta il-
Rom. 10. lud Apostoli: Nõ est distinctio Iudæi & Græci, latini græca voce dicũt kyrie eleyson, & græci Latine. Hacten⁹ ille.

De alleluia vero, quod est Hebraicum, dicit Gregorius in hunc modum: Vt alleluia hic, hoc est Romæ diceret, de Hierosolymitana Ecclesia ex beati Hieronymi traditione, tempore præcedenti Damasi traditur tractum. Hæc Gregorius vbi Thomas Vualdensis:

Bene dixit vt alleluia hic diceretur, lõgo enim tempore præcedente Hieronymus habuit etiam per orbem vsum cantandi per ecclesias alleluia.

Ad idem facit quod habet Augustinus dicens: Est enim alleluia & bis alleluia, quod nobis cantare certo tempore solẽnis moris est, secundum antiquã ecclesię traditionẽ. Neq; hoc sine sacro certis diebus cantamus alleluia. Certis quidẽ diebus cãtamus, sed oibus cogitamus. Si.n. hoc verbo significatur laus Dei, semper sit in corde, etsi non in ore meo. Ex his igitur nemo est, quin facile perspiciat consuetudinẽ psallendi alleluia per ecclesias, non recenter natam, quã Augustinus fatetur antiquam.

His accedit ecclesiæ consuetudo in die parasceue, quãdo cantãtibus duobus sacerdotibus, crucẽq; baiulãtibus, quasi hebraice in psona saluatoris Popule meus, acoliti respondent Græce: Hagios botheos in persona græcorũ, & chorus respondet Sanctus sanctus &c. in persona latinorũ. Sic tribus linguis

laudatur Deus: Hebraica, quæ propter legem omnium mater est linguarum: Græca, quæ doctrix est sapiétiæ: & Latina, quæ imperatrix est propter Rom. dominiũ imperij & Papatus. Et quoniam hebræa nunc silet a laude Dei, vtimur loco eius Latina, dicentes: Popule meus &c. Cum enim istud dicatur ex persona domini loquétis ad Hebræos, ideo intelligimus perinde ac si esset dictum hebraice. Quare sacerdotibus in persona Christi, quasi hebræa voce, sicut diximus, interrogátibus Popule meus, duabus linguis respõdetur, nempe græca & latina, quæ Christum colunt & adorant, quibus Hebræa obstrepit & contradicit.

Huc tendit quod Augustinus lib. I. de mirabilibus sacræ scripturæ, cap. 9. ait: vbi loquens de. 72. linguis hunc in modum scribit: Harum omniũ linguarum noui testaméti tempore, tribus linguis Hebraicæ vtiq; & Latinæ & Græcæ principatus cõmittitur, quia in eis crucis Christi titulus, literis hebraicis gr

els & latinis scriptus euangelica autho
ritate perhibetur. At vero Deus in hoc Ioan.19
cōtra naturam humani eloquij quam
olim disposuit, nil diuidendo &, consu
mendo linguas hominum in sermones
fecit, quādo eadem loquelæ natura in
hominibus permanet, mihi cōsuetudo
diuersa deuiare ab alterutro linguas,
non naturaliter, sed ꝯsuetudine docet.
Latinus nāq; vel græcus inter barbaros
genitus vel nutritus, Barbarice loq̄tur:
versaq; vice, Barbari filius a græcis aut
Latinis edoctus, venusto sermone fac.
Ex quo intelligitur, Deū non naturā ho
minū mutasse, non nouū in eis aliquid
condidisse, sed dicendi tantū modos &
formas in diuersis generibus diuisisse.
Isidorus quoque Hispalensis episco
pus vir non mediocris ingenij & erudi-
tionis lib. 9. etymolo. idē habet, cum di
cit: Tres sunt linguæ sacræ, hebrea, græ
ca, latina, quę toto orbe maxime excel
lunt. His. n. tribus linguis super crucem
dñi a Pilato fuit caussa eius scripta.
Possem & alia testimonia patrū or-

thodoxorum in medium afferre, sed ea quæ adduximus satis esse puto ad id quod quærimus. Nam, q͞ inspirante spiritu sancto, titulū triūphalem supra caput Iesu in cruce affixum scripsit Pilatus hebraice, græce & latine, iam in eo ministrabatur, (si Augustino & Bedæ credimus) iam tunc regnum ipsius, nō vt ipsi putabāt destructum, sed potius augmentatum, & vt non tantū Iudæorum Christus rex crederetur, sed & gentium. Cum enim dixisset: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montē sanctum eius, subiecit: Postula a me & dabo tibi gētes hæreditatē tuā, & possessionem tuam terminos terræ. Magnū ergo volumus intelligi in hoc titulo sacramentū quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oleæ, non olea particeps facta est amaritudinis oleastri. Rex ergo Iudæorum Christus, secūdum Iudæorum circūsionem cordis, non litera sed spiritu.

Mar.15. Item q͞d apud Marcum dn̄s orans in horto, dixit: Abba pater. Omnia tibi

possibilia sunt, transfer calicem &c. Augustinus exponit, dicens: Quod Marcus non solū pater, sed abba pater eũ dixisse cōmemorat: hoc est abba Hebraice, qđ Latine pater. Et fortasse dñs propter aliquod sacramētum vtrũq; dixit, volens ostendere se illā tristis personam iam sui corporis, id est, ecclesiæ suscepisse, cui factus est angularis lapis venienti ad eum: partim ex Hebræis, ad quos pertinet qđ ait, Abba: partim ex Gentibus, ad quos pertinet qđ ait, Pater. Et Hieronymus in eandē sententiā sic refert: Abba pater Hebraice & Græce legitur, quia nō est distinctio Iudæi & Græci. Apostolus quoq;: Accepistis, Rom. 8 inquit, spiritum adoptionis filiorū dei, in quo clamam⁹ Abba pater. Duo hic ponit idem significantia scilicet Abba, quod est Hebræum: & pater, quod est Latinum vel Græcum, vt ostendat hoc ad vtrunq; populum Iudaicum scilicet & Gentilem pertinere. Ex his ergo perspicuum euadit, missam & alias horas Thomas A quinas canonicas nō Alemanice, sed hebraice,

Græce & Latine dici oportere.

Præterea ad idem facit maior erga Deum honor, ac reuerentia in cultu diuino, quãdo vel Latine vel Græce expletur. Conueniunt siquidẽ in Latino idiomate omnes Alemani, qui callent Latinam linguã, & non solũ Alemani, sed & Itali, Hispani, Galli, Angli, &c. Et ideo fit, vt omnia quæ fiunt in diuino cultu, siue legatur siue cãtetur, optime consonent. Quis vero nescit, quãtum Alemani in propria lingua inter se discrepent? adeo vt Sueui & Heluetii, nec Brabantinos nec Hollandos rite intelligãt, nec Brabãtini Heluetios, imo sibi inuicem barbari sint. Absurdum, ne dicam ridiculum, ergo esset, diuinũ in ecclesia cultum linguis adeo inter sese diuersis cõfusisq; persoluere. Cedit etiam istud, vt præmisimus, non mediocriter ad honorẽ dei, cui & maior in hoc exhibetur reuerentia per linguã Latinam, quę in ecclesia occidentali, sicut Gręca & Hebraica in oriẽtali principatũ obtinet, sicut supra retulimus ex Aug. &c.

At obijciūt hęretici illud Apostoli. 1. Cor. 14. vbi ait: Frustra loqtur in ecclesia, qui lingua loqtur quę nō intelligit. Obiectio.

Ad quod dicimus: Apostolū ibi loqui de concionāte seu docente, vel interpretante verbum Dei, quem frustra constat loqui lingua, quæ a vulgo cui loquitur, nō intelligitur. Vnde & Apostolus ibidē addit: Ego in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam, q̄ decem milia verborum in lingua. s. non intellecta. Nō abs re dicit Apostolus, vt alios instruā, nēpe vt intelligamus ipsum loqui de prædicante & docēte, ac de eo, qui aliis scripturam interpretatur. Nō sic est de ijs, qui vel psallunt vel orant, vel alio quouis pacto diuinum cultum in missa & horis canonicis persoluūt, vbi rudi plebeculę sufficit scire & intelligere ea, quę in officio ecclesiastico dicuntur, leguntur, cantantur, aut alijs ceremonijs peragūtur fieri ad laudem Dei, deiparæq; virginis Mariæ, ac sanctorum (quorū diuersa per annum celebrātur solēnia) Dilutio. 1. Cor. 14.

honorem, precesq; effundi ad Deum, ac sanctorum apud eundem suffragia pro fidelium salute postulari: de quo & sufficienter in publicis concionibus informatur. Quare nulla est necessitas (id quod hęretici volunt) imo nulla ratione admitti potest neq; debet, vt missa & horæ canonicæ Alemanice siue alia quauis vernacula lingua legantur aut decātentur, quin potius omnibus modis temeraria hæreticorū contra catholicæ ecclesiæ semper obseruatā consuetudinem & institutionem facientiū præsumptio procul a Christianoruȝ finibus eliminanda est.

Nęq; permittendæ sunt Alemanicę per hæreticos ecclesiam spernentes dictatæ cantiunculæ, etiā si id quod sunt minime, catholicæ essent: vel ob id maxime, qđ per eas omnem cantū ecclesiasticum, cultum diuinum, sacrosq; ritus & ceremonias extinguere moliuntur, simplicemq; populum misere a se seductum, perfidia detinere adnitūtur. At Paulo Apostolo prophetante non

proficient vltra homines corrupti men
te,reprobi circa fidem. Insipiétia enim 2.Tim.3.
eorum manifesta erit omnibus homi- Exo.7.
nibus, sicut & illorum puta Iannes &
Mambres,qui Mosi restiterunt. Vnde
Hieronymus in Hieremiã: Hæretico-
rum,inquit, vmbræ ad tẽpus præualẽt,
sed longo tempore corrũpuntur.

Et Hiereneus libro quarto cõtra hæ-
reticos, dicit: Hæretici alienum ignem
afferentes ad altare Dei, id est, alienas
doctrinas, a cœlesti igne comburentur,
quemadmodu3 Nadab & Abiu. Qui Leui. 10.
vero exurgunt contra veritatem, & al- Num. 16.
teros adhortátur aduersus ecclesiã Dei,
remanent apud inferos voragine terræ
absorpti,quemadmodum circa Oreb,
Dathan & Abiron. Qui autem scin- 3.Re.14.
dunt & separant vnitatẽ ecclesiæ, ean-
dem quam Hieroboam pœnam perci
piunt a Deo. Hæc ille.

Constantes igitur estote o catholici, Matt.8.
Christiani permanete in fluctuante,ac Ephe.4.
submergenda minime Petri nauicu-
la,neq; circunferamini omni vento do

ctrinæ, sed persistite immobiles in fide, Mat. 16. doctrina & obediētia ecclesiæ. Aduer- Ioan. 10. sus quā portæ inferi præualebunt nunquam, teste ipsamet veritate CHRISTO IESV eius spōso, capite, magistro & gubernatore, cui cum patre & spiritu sancto, suęq; genitrici v̄gini Mariæ, totiq; cœlesti curiæ, sit laus & honor per infinita seculorum secula. Amen.

AVGVSTINVS
super caput Ioānis.

Om̄nia quæ leguntur in scripturis sanctis, ad instructionē & salutem nostrā, intente oportet audire. Maxime tamē memoriæ cōmendanda sunt, quæ aduersus hæreticos valent plurimū, quorum insidię infirmiores quosq; & negligentiores circūuenire non cessant.

FINIS.

INDEX ERRORUM ADNOTATORUM in Caietani cõmentarijs, & vbi referunt, & vbi refellũtur, per Ambrosium Catharinum Politum.

Hieronymum esse regulam discretionis librorum canonicoruz. pag.1.A.&.3.D
Hieronymuz esse dubium de authore epistolæ ad Hebręos. Pag.1.A.&.4
Dubio existente Hieronymo de eius autore, & ipsa epistola redditur dubia, Pag.1.&,3.E
Autor illius epistolæ inefficaciter arguit Christum esse filium dei, ex veteri scriptura quæ loquitur de Salomone, pag.1.A,&.8.O
Idem autor scripturã veterem loquentem de pacto, torquet ad testamentum, pag.2.C,&.10.R,&.11.S
Idem autor ponit se inter eos, in quib⁹

est confirmata salus p discipulos domini: qđ Paulo conuenire non potest, pag.2.B,&.23.X
Idem autor a scripturarum falso intellectu deceptus, videtur ponere in arca testamenti fuisse vrnam mannæ,& virgam Aaron quæ fróduerat, pag. 2.B,&.14.Y
Idẽ autor male citat scripturã psalmorum,& ex Aggæo, pag.1.C,&.16.B
Idem autor in eis verbis: Celerius videbo vos, ostendit se non esse Paulum, pag.3.D,&.17.G
Epistola quę fertur Iacobi apostoli, nõ vsquequaq; certũ est an fuerit ipsius Iacobi. pag.31.Y
Hieronymus dubitauit de eius epistolę autore. Ibidem.
Salutatio in ea epistola tam pura est, vt nihil Dei, nihil Iesu Christi habeat, sed profano more salutem, vnde minus certus reddit eius autor, pag.32.
Secunda quæ dicitur Petri, non est certe Petri, pagina.33.A
Secunda & tertia Ioãnis, non sunt certę

Ioãnis apl̃i, neq; canonicę. 34.B
Epistola quæ fertur Iudæ, non est certe Iudæ, pag.35. G
Eadẽ non ab re refutatur, quia apocryphiam prophetiã, vt simpliciter prophetiam citat. Ibidẽ E.& pag.37.F
Vltimum cap. 8. Marci non est solidæ autoritatis, vt sunt cætera Marci indubitata, pag.38. G
Adulteræ historia quę est apud Ioã. 8. non est autentica, pag.41.K, L
Quod habetur apud Lucam in agone domini: Apparuit angelus de cœlo confortans eum, non est certum esse de Euangelio, pag.43. M
Quod habetur in epistola prima Ioãnis: Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, incertũ est an sit de scriptura. Ibidem.
Sola scripta ab apostolis, aut ab eis probata, autoritatem sacræ scripturæ habent, pag.46.R
Excusatur Lucas ꝙ posuerit vnam generationem superfluam, autoritate

LXX.pag.72.A

Non inuenisse authentice vnde Lucas attribuerit Herodis nomen ei qui Iacobum decollauit, quũ Ioseph vocarit eum Agrippã, pag.73.in prin.

Autor libri Machabęorum male aptat prophetiam Danielis de abominatione desolationis ad statuaꝫ Antiochi. Ibidem, Z

Lucas euangelista nõ seruat rationem Grammaticæ in Cantico Zachariæ, pag.75.A

Quod dixit dominus: Excolantes culicem, deglutientes camelum, commutat, vt pro camelo reddat muscones siue muscam aut vespam siue asylum. Ibidem, B

Quod etiã dixit: Multi enim sunt vocati, pauci vero electi, mutat, vt loco enim ponatur, sic, pag.77.C

Quod apud Marcum legitur: Erat autem hora tertia, mutandam esse putat tertiam in sextam. Ibidem. D

Putat & mendose legi Act. Apost.13. post quadringentos & quinquagin-

ta annos,&c.& discordare Grçcos codices a Latinis, sed falso, pag.78.E
Similiter mendam putat aut in Pauli epistola.1. ad Cor.10. aut Num.15. cum vterq; textus imunis a menda saluari possit,pag.78.F
Mutat & quod legitur apud Paulum: Qui cũ vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, & diuisus est. Mauult enim legi,& diuisa est vxor & virgo, pagina.76.C
Mutat & quod legitur: Omnes quidẽ resurgemus, sed non omnes immutabimur: vt malit legi: Omnes quidem nõ dormiemus,sed omnes immutabimur. Ibidem,H
Quod legitur: Maledictus a Deo omnis qui pependet in ligno, mutat,vt loco a Deo legatur a Iudicibus, pagina.80.I
Quod aũt legitur in psalmo: Minuisti eum paulominus ab angelis,mutat & legit,a Deo. Ibidem.
Quod habetur Ioan.1.Plenum gratię & veritatis,mutato puncto attribuit

Ioanni, ex quadratura Grãmaticæ falſa.pag.81.L

Mutat & punctũ in egregia ſalutatione Pauli ad Rom.pag.83.

Similiter mutat cap.5.vbi legitur,in ſimilitudine p̃uaricationis Adę. Ibid.

Similiter & in cap.8.ſcđa ad Cor.Ibid.

Et apud Ioã.cap.17.vbi legitur: Quia dilexiſti me ante conſtitutioné mundi,cenſet interponi punctũ inter dilexiſti,& me. Ibidem.

Inepta ratione putat calcem epiſtolæ ad Coloſſ.mutilum eſſe. Ibidem.

Loco eius qđ legitur: In principio erat verbum,propinquiori vocabulo putat potuiſſe transferri: In principio erat ratio,pag.84.N

Item loco eius: Et verbum erat apud Deum,ſi legatur, Et verbum erat ad Deum, altiorem ſenſum redderet. Ibidem,O

Loco eius quod legitur: in propria venit, mutat in ſua, & exponit, id eſt, ob ſua,pag.85.P

Quod legitur ad Philippenſes.3. Qui

ſpiritui

spiritui deo seruimus, mutat, & legit, spiritu dei. Ibidem.

Quod canitur in ecclesia in cantico b. virg. Recordatus misericordiæ suæ, reprehendit tanquã non sit ex sensu cantici & beatæ virg. pag. 86. R

Melius esse censet orationes publicas in ecclesia dici lingua cõi & materna, omnibus intelligibili, pag. 87. S

Quod canit ecclesia in prefatione missæs Cœli cœlorumq; virtutes, significat cœlos eẽ animatos, & vtitur opinatis, pag. 85. T

Ecclesia in sentẽtijs excõmunicationis ferẽdis recedit a diffinita Christi sententia: Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, pag. 90. V

Etiam Paulus aliam duriorem profert sententiam, q̃ Christus, pag. 91. X

Excõmunicatio de qua ad Thessalo. 3. lata fuit propter ocium, & quædam venialia, pag. 92. Y

Dies creationis mundi nõ fuerunt veri dies, pagina. 94. A

Sopor qui fuit missus in Adã, non fuit

venis sopor: Eua non fuit vere edifi cata ex costa Adæ. Ibidem, B
Quod Christus dixit Heliam esse Ioannem, posuit in libertate auditorum vtrum vellent recipere, pag. 96. C
De stella quę apparuit Magis, nihil habetur in sacra scriptura, 98. E
Verba Psalmi: Aperiam in parabolis os meum, intelliguntur non de Christo, aut eius parabolis, sed similitudinibus gestorum, 99. F
Illa verba: In omnem terram exiuit sonus eorum, non aptantur Apostolis secundum literam. Nam & in Hebræo habetur filium siue linea, non sonus, pag. 100. G
Omnis psalmus qui potest ad literam exponi de Dauid, non est exponendus de Christo, pag. 102. H
Quod legitur: Et spiritus domini ferebatur super aquas, non intelligitur de spiritu sancto, pag. 103. I
Nec id quod habetur in psalmo: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spū oris eius omnis virtus eorū. Ibidē,

Nec illud: Emitte spiritũ tuum. & creabuntur. Ibidem.
Nec illud: Quicunq; autem dixerit cõtra spiritum sanctum, nõ remittetur ei. Ibidem.
Christus est Deus secundum esse personale, non secundum naturã & essentiam, pag. 104. K, L
Vnio nõ fuit facta verbo, sed huic deo 107. M
Mariam fuisse ex stirpe Dauid secundum lineam masculinam, non attinere ad fidem. 108. N
Mariæ summa virginitas non idonee defenditur. Ibidem, O
Expositio eius verbi: Quomodo fiet istud &c. non digna, nec secundum eximiam virginitatẽ Mariæ, & votum eius. pag. 109. P
Maria cõuersabatur cum Ioseph, ꝙ licite & absq; vlla nota potuissent cõsummare matrimoniũ. Ibidem, Q
Verba angeli: Benedicta tu in mulieribus, nõ assertiue, sed imprecatorie dicta sunt. Ibidem.

Beatam virginem concepisse cum seminis resolutione & menstruo, teneri potest absq; vlla illibatissimæ virginitatis & immaculatissimi partus iniuria. Ibidem, R

Quod ipsa in spiritu cecinit: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, non intelligitur de virtute aut actu virtutis, quæ dr̃ humilitas. pag. 110. S

Mariam concepisse annorum. 27. aut ad minus. 14. ex philosophica coniectura. pag. 113. T

Mariam non interfuisse partui Elizabet. Ibidem, V

Mariā naturali opere materno per genitalia mēbra peperisse. pag. 114. X

Ad verificandum Iacobum fuisse fratrem Domini, nihil magis quadrat, q̄; q̄p fuerit filius Ioseph ex alia vxore. Ibidem, Y

Philosophi dei prouidentiā erga singularia non credunt. pag. 115. Z

Signa quæ Dominus prænuntiat futura ante excidiuz Hierusalem, & aduentū ipsius, non sunt allata vt nos

ua aut insolita, & vt quicquã significent, nisi quod mundus solitum cursum est habiturus. pa. 119. A
Ex verbo Domini: Angeli eorum semper vident faciem patris mei, nõ haberi singulos Angelos singulis esse præpositos hominibus ad custodiã. pagina 121. C
Angelos siue dæmones habere corpora aeria. pagina. 122. D
Cœlum empyreũ vacare. Ibidẽ, D, E
In primitiua ecclesia non dedicabãtur martyrum passiones. pa. 125. F
Ecclesia in veneratione Sanctorum & canonizatione potest errare; & omnino in cultu dei, ibidem, sed longo sermone disputatur.
Baptismi formam esse etiã hanc: Ego te baptizo in noĩe Christi. pag. 154. A
Existentes in vtero, caute & irreprehensibiliter baptizarentur parentum benedictione. Ibidem, B
Circũcisionem irreprehensibiliter cum baptismo concurrere, pag. 156. C
Paulum præcepisse Iudæis, vt filios cir

euniciderent.pag.157.D
Duos comites eē baptiſmi, vt perfectè ſuſcipiatur, videlicet præcedentē do ctrinam, & ſubſequentē. Ibidem, E
Propterea infantes nō perfecte baptiſmum ſuſcipere.pag.158
Dominus apud Ioā.cap.7.nō loquit de ſacramēto aut ſacramētali mādu catione corporis Chriſti. pag.161. F
Tres eſſe modos manducandi Chriſtū ſpūaliter viatoribus, contra doctrinā B. Thomæ.pag.162.in principio.
Infantes poſſunt per ſeipſos manduca re ſpiritu aliter, non autem ſacramen taliter, quia non poſſunt comedere, ſed ſugere, cōtra ſenſum manifeſtū. pag.163.G.H
Baptiſmus ex ſe ſolo ſatis eſt ad ſalutem, vt non exigatur haberi in voto cætera ſacramenta tempore opportuno.pag 171.O
Sacerdotē abſq; crimine perpetuo abſtinere poſſe a ſacrificio celebrando, pag.176.S
Iure diuino nulli præcipitur accipere

hoc sacramentum,pag.177.T
Venerabile hoc sacramẽtum posse per instrumenta inanimata, & per manus laicas,imo & ab infirmis qui peste laborãt,sibiipsis ꝓpinari. Ibid. V
Sacerdos sibi conscius peccati mortalis,habens etiam copiam cõfitendi, absq; iniuria sacramenti potest celebrare & non indigne, etiam nolens confiteri.178.X
Venientes ad baptismum Ioannis qui confitebantur peccata sua, non hoc faciebant auriculari confessione, pa na 181.A
Illi confitebantur peccata sua in genere.i.non peccata ipsa, sed se esse peccatores. Ibidem.
Similiter quod legitur Act.19. Et cõfitebantur actus suos, proculdubio non attinet ad sacramentalem confessionem. Ibidem.
Apostolus episcopis vnam permittit vxorem,cæteris plures,pag.196.P
Nunquam iure diuino prohibita fuit vxorum pluralitas. Ibidem.

Multi in primitiua ecclesia habebant plures vxores, imitantes patres veteris testamenti. Ibidem.

Etiam iure naturæ vxorum pluralitas nihil habet indecentiæ. Ibidem.

Papa potest cum sacerdote occidentalis ecclesię, nulla existente caussa publicæ vtilitatis, dispensare vt vxorem ducat. Ibidem.

Neq; naturali iure, neq; diuino prohibita est copula inter coniunctos prę ter parentes & liberos primi tantum gradus, pag. 207. A

Inter dispares cultu, naturali iure licitũ est matrimonium, pag. 225. Q

Rachaelem vxorem Iacob fuisse idololatram. pag. 226. R

Dominus Iesus nunquã mendicauit. pagina 227. S

Nec instituit apostolos mendicare. pagina. 234. A

Nec suasit collegijs statum mendicitatis. pag. 235. B

Dominus Iesus habuit propriũ, in cõmuni tamen. pag. 238. D

Apostoli etiam post sequelam domini habuerunt proprium, nec dimiserūt omnia. pag 239. E

Non est ergo impfectionis habere proprium. pag. 230.

Dominus suis discipulis nullum votuȝ indixit. pag. 242. G

Renuntiatio de qua in act. Apost. nō fiebat voto. Ibidem.

Non in vinculis votorū, sed in operib⁹ consistit perfectio. Ibidem, &. 243.

Non esse omniū qui velint seruare cōtinentiam & votū. pag. 247. M

Dominus non prohibuit indui plurib⁹ tunicis, sed solum gestari duas mutatorias. pag. 250. P

Similiter de calceamentis non ꝓhibuit calceamenta, sed mutatoria duplicata. 251.

De qualitate, quantitate, colore, figura vestimentorum, barba, capillis, & ciborum delectu præcipere, discrepat ab vniuersa doctrina euāgelica, pagina. 252. Q

Ieiunium nullibi inuenitur esse præce-

ptum.pag.262.A

Ieiunium neq; ad charitatem dei,neq; ad proximi esse necessariũ.Ibidem.

Eo præcepto quod habetur Deu.6.Diliges dominũ Deum tuum &c.non intelligitur ex charitate.pag.267.G

Secundum præceptũ quod dixit Dñs. Secundum simile huic, similiter nõ intelligitur ex charitate.268.D

Dominus quod dixit, Non veni soluere legem, intellexit personaliter. pagina.272.G

Soli prędestinati explicatur pascendi a Petro illis verbis, Pasce oues meas, pasce agnos meos.pag.275.I

Mandata prælatorum seruare, non est est de necessitate iustitiæ,& ad salutem,hunc articulum etsi non explicite omnino dicat, ex verbis tamen facile posset colligi.pag.278.L

Christus non vult subditos haberi reliquos a Petro,sed fratres. Ibidem.M

Christus apud Matthæum non reprobauit illa mandata hominũ de quibus prophetauit Isaias, hic videat le

ctor nonnulla verissima & notabi-
lia pro illarum intellectu scriptura-
rum.pag.279.N O P.
Multi hominum non morientur, sed
fine morte transferentur in cœlum.
pag.286.Q
Qui resurrexerunt in cruce Domini,
perfecta resurrectione resurrexerunt
pag.289.T
Expositio illorum verborum, Non de
solo pane viuit homo.Ibidem.V
Christus vocans Petrũ & socios,ita effi
caciter vocauit,vt non potuerint re-
sistere.pag.292.X
Christus apud Matthæum nouem do
cuit beatitudines Ibidem.Y
Soli nonæ beatitudini sub ratione de-
biti promittitur merces. pag.293.Z
In eo verbo,Qui soluerit vnũ de man
datis istis minimis,per minima mã-
data intelliguntur ea quorum trans-
gressio est mortalis 294.A
Cuncta fere præcepta quæ Dominus
tradidit Matthæi.5.&.6.erant apud
legem & prophetas.pag.295.B

Præceptum illud Domini negatiuum, Ego dico nō resistere malo, verti debet in affirmatiuū hoc, sustinere malum Ibidem. G
Qui sua iustitiam faciunt vt videantur ab hominibus, non damnabuntur, sed carebunt tantum mercede illius operis apud Deum. pa. 297. D
Homo qui tanto Dei amore agitur, vt dimittat iniuriam proximo, etiam si in alio peccato pseueret mortali, aliquando habebit remissionem suorum peccatorum, & secretum reuelauit nobis Dominus in euangelio, licet nullus hoc intellexerit ipso excepto. pag. 298. E
Dominus per ea verba, Sine mortuos sepelire mortuos suos, non intellexit officium sepulturæ. pag. 301. I
Intellectus nouus cōtra Paulum illius pphetię, Auditu audietis. pa. 381. K
Quare furta & homicidia & adulteria computentur inter peccata oris. pagina. 302. L
Omnia oris peccata concluduntur his

tribus, blaſphemia in Deum, turpi ſermone in ſeipſum, mēdacio in proximum. Ibidem.

Oratio & ieiunium quæ Dominus ad depellendum dæmoniuƺ exigebat, ab ipſo oppreſſo potius exigebat, q̃ ab exorciſtis, & hoc dictat ratio. Ibidem. M

Dominus ſoluit ſtaterem illum vt daret exemplum prælatis perſonalia debita non eſſe ſoluēda de communi. Ibidem. O

Præceptum Domini in correctione fraterna, Adhibe adhuc tecuƺ duos vel tres, non aptatur ad peccata ſecreta. pag. 303. N

Quod dixit, ſi duo vel tres cōſenſerint ſuper terram, ita intelligitur, non ꝙ conſentientes ſint ſuper terram, ſed materia de qua conſentitur, quoniā oportet eſſe ſuper terrā. pag. 304. P

Quod dixit Dominus, Erunt duo in carne vna, non conuenit meretriciæ cōmixtioni. pag. 305. R

Eſſe duo in carne vna, ex hoc ait ſ ꝙ

mas & fœmina sunt vnum generationis principium legitimum & iustum. pag. 307. S

In eo quod dixit Dominus, Facilius est camelum intrare per foramē acus, nisi intelligatur per foramē acus quędam porta in Hierusalē, inepta redditur similitudo. Ibidem. T

Apostoli non fecerunt omnia quę exegit Dominus ab adolescente ad perfectionem. pag. 309. V

Dominus in sadducæos non absolute probat resurrectionem, sed tantum animæ immortalitatem. pag. 310. X

Dominus prohibet nos vocari Rabbi, non vocare: pater autē prohibet vocare, non vocari. pag. 311. Y

Regula noua ad noscendum in se humilitatis virtutem. pag. 312. Z

Noua expositio eius dicti, Refrigescet charitas multorum. pag. 314. A

De natura ignis inferni inconstans doctrina. pag. 315. B

In verbis domini, Hoc est corpus meū, pronomen hoc, neq; panem, neque

corpus domini demonstrat.316.C

Quod dicitur, Dominus benedixit & fregit &c. non intelligitur de benedictione consecrationis, sed laudis. Ibidem.

Ex verbis illis Domini, Non sicut ego volo, sed sicut tu, colliguntur duæ Christi naturæ, humana hinc, Non sicut ego volo: diuina inde, Sed sicut tu.pag.317.D

Similiter & humana & diuina natura colliguntur ex illis verbis, In hoc natus sum, & veni in mundum. Ibidē.

Ex verbis Petri, Tu es christus filius dei viui, colligitur confessio filiationis naturalis propter illam dictionem, viui.pag.318.

Si non diligimus multum, nō sunt nobis dimissa peccata multa: & si dimittūtur nobis peccata multa, diligim⁹ multum.pag.319.

Quod Dominus dixit, oportet impleri in me, Et cum iniquis deputatus est, non pertinet ad instantem in Christum persequutionem, & eius disci-

pulos. nec enim morté eius aut crucem significat, sed cõmunem Christianorum persequutioné. pa. 319. F

Exterior cultus nõ propter seipsum gratus est Deo, sed pro quanto ad interiorem ordinatur. pag. 321. E

Expositio noua illis Domini verbis, Et in occulto loquutus sum nihil. pagina. 321. F

Dominus illis verbis, Non haberes potestatem aduersus me vllam &c. voluit singularem innocentiam suam significare. pag. 322. G

Parabola seminis quo ad fructus varios, missa nobili expositione, quæ hæreticos iugulabat, nouo modo & falso exponitur. pag. 324. I

Granum sinapis minimum est euangelium, quia minima annuntiat, id est Christum crucifixum: quo dogmate nihil minus, nihil abiectius est. pag. 325. K

Sagena parabolica significat violentam captiuationem multorum qui aut inuolútarie fiunt Christiani, aut

coactę

coacte: quod non erat in primitiua ecclesia. pag. 327. L
Denarius diurnus significat certū beatitudinis gradum. pag. 329. M
Seruus ille nequā non corripitur quia non dimiserit debitum, sed quia nō est misertus. pag. 330. N
In parabola de agricolis illa profectio patrisfa. significat Deum subtrahentem diuinum auxilium quo seruamur a malo. pag. 331 O
Dominus per ea verba, Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? non increpat eu3, sed examinat Deus forma iudicij. Ibidem. P
Ille non est visus indutus veste sordida, sed tantum carens nuptiali. Ibidem.
Per decem virgines non intelliguntur omnes fideles, sed ij tantum quorū studia & opera luceant. 333. Q
Inde colligitur Domini terribilis sententia, q̄ pars dimidia fideliū quorum opera & studia luceant saluabi

tur. Ibidem.
Quod dicitur dormitauerunt omnes & dormierũt, intelligitur de somno negligentiæ. Ibidem.
Vnde ante mortẽ inuenient clausam ianuam regni cœlorũ. Ibidẽ. Q. R
Quod dixit seruus nequã, Metis vbi vbi non seminasti, non potest verificari, & est phantastica æstimatio. pag. 334. S
Noua expositio illius parabolæ de filio prodigo, vbi legitur ꝙ cupiebat saturari de siliquis, & nemo illi dabat. Ibidem. T
Applicatio parabolæ villici difficilis, si non impossibilis. pag. 335. V
Noua expositio illius sententiæ, Filij seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. 336. X
Christus tres tantum annos mansit in Aegypto. 337. Y
Quare Herodes tantum distulerit necem innocentium, nescitur. Ibidẽ.
Christus expleto anno ætatis. 29. mox baptizatus est, 338. Z

Herodiadem non fuisse filiam Aretæ regis, sicut Hieronymus & vetus historia testantur. Ibidem. A

Herodes de petitione capitis Ioannis non est contristatus, sed finxit se cõtristatum. pag. 339.

Quatuor generationes Salmō. Booz, Obed, Iesse, fuisse continuas defendere conatur tribus manifestissimis erroribus. 340. B

De epulone & Lazaro incertum est an fuerit vera historia. pag. 342. C

Maiores Iudæorū non nouerunt Dominum esse Messiah. pag. 343. D

Petrus apostolus iuxta planum euangeliorum sensum septies negauit Christum. pag. 345. E

Socrus Petri sanata est a febribus in Bethsaida. pag. 347. F

Columba quæ in baptismo super Dominum descendit, non fuit verum animal. Ibidem.

De duobus miraculis in Chana Galilææ quando fuerint patrata. 348.

Ioannes euangelista fuit spōsus in nu-

priis quas Dominus sua præsentia honorauit. Ibidem. G
Idem Ioannes non fuit vocatus a domino adolescens, sed eiusdeȝ ferme ætatis cum Christo. Ibidem.
Nomen matris filiorum Zebedæi explicatur fuisse Salome. Ibidem.
Iacobus Zebedæi Claudij tẽpore cõputatur decollatus fuisse. pag. 349.
Circa mulierem peccatricẽ de qua Lucas, multa meditatur & vane, & falso. Ibidem.
Matthæus nõ scripsit hebraice, sed grece ad Hebræos. Ibidem. H
Similiter autor epistolæ ad Hebræos scripsit græce. Ibidem.
Opera quæ Dionysij Ariopagitæ inscribuntur, incertum est an illius fuerint. 354.
Gregorius de hoc dubitauit. Ibidem.
De tenebris in passione Domini nullus apparet mirabilior modus, quã esse factas per subtractionem radiorum solis. pag. 160. I
Melchisedech non obtulit sacrificium

panis & vini Deo. Ibidem. K
Decuit Christum in ieiunio assimilari excellentissimis pphetis pag. 161. L
Plures inefficaces deductiones ex verbis euangelii, quarum nõnullę sunt alicuius momenti, eadẽ pag. & seq.
Plurimæ etiam aliæ expositiones afferentes vim literæ, & destruentes vocum proprietatem, sermonisq; rectã rationem, inter quas multę sunt nõ nullius momenti. Mihi autẽ videntur omnes non solum sua nouitate, verũetiã falsitate manifestæ. 364. P

Lector eruditus expendat, neq; putet me adnotasse omnia quæ deprehẽdi, neq; etiam me vidisse que alij videre possent & adnotare.

FINIS.

XXI. ARTICVLI ANABAPTISTARVM

Monasteriensium, per doctorem Ioānem Cochleū confutati, adiuncta ostēsione originis, ex qua defluxerunt.

ARTICVLVS I.

Maiorem Ecclesiam & omnia quę cultus diuinus dicuntur, deuitare.

COCHLEVS. Hæc vtiq; diabolica est doctrina, per quam diuinus cultus in publicis tēplis impediatur, & omnis generis hæreses in priuatis angulis disseminentur. Vnde ait Christus: Qui male operatur, odit lucem.

Ioan. 3.

Hanc vero doctrinam acceperunt infœlices Anabaptistæ a Luthero, qui iam vltra duodecim annos docuit, tēpla & monasteria simul cū omnibus quæ in ipsis fiunt & geruntur, esse meras laruas & facies Antichristi. Qui &

Luth. cōtra Catharinum. Idem cōtra statum eccle. Idem in gatua re[illegible]

bullas atq; indulgentias edidit omni-
bus qui ad hoc conantur, & in hoc ex-
ponunt corpus facultatesq; & honorē
vt deuastentur Episcopatus, & Episco
porum regimen deleatur. Quos & di
lectos vult esse filios Dei & veros chri
stianos. Atque etiam nuper nondum
elapsis sex mēsibus scripsit. Huiusmo
di nidos glirium, Monasteria scilicet,
digna esse, vt sic ædificentur & conser
uentur quod non maneat lapis super
lapidem. Nec vllam eis in rusticorum
tumultu iniuriam factā esse, nisi hanc
vnicam quod remanserunt adhuc la-
pides aliqui & vestigia ibi. Si ergo ca-
stigari debent Antibaptistæ ob id qđ
deuitant templa & monasteria, multo
magis puniri debet Lutherus, qui ea
iubet, non solum deuitare, sed etiam
destruere ac delere. Quemadmoduʒ
& sæpe factitarunt sectatores eius.

spōsiono contra ce Geor.

ARTICVLVS II.

Similiter & Chrisma atque vnigeą

sa quæ benedictionibus consecratur, Qualia sunt aqua benedicta, palmę, candelæ &c.

CO. Hæc quoq; diabolica est, doctrina, cõtra sacram scripturã vtriusq;
Exo.28. 29.1.30. testamenti. In veteri enim testamen-
Leui.8. 24. to benedicebantur & consecrabantur
Nu.6.19. non solum homines, vtpote sacerdo-
Luc.24. Mat.26. tes, Leuitæ, Nazaræi &c. verumetiam
Mar.6. oleum, vinum, panes, cinis &c. Et in nouo testamẽto Christus ipse benedixit non solum discipulos suos, dum in cœlum ascenderet, & panem in eucharistiæ sacramento, verumetiam quinque panes hordeaceos, quibus circiter quinq; milia viroꝝ satiauit. Et Paulus
1.Tim.4. docet, Omnem creaturam esse bonã,
1.Cor.14. & sanctificari per verbum Dei & orationem. Docet item ad benedictiones dicere Amen. Eiusmodi vero benedictiones audire diabolus non sustinet, sed suggerit apostolis suis vt eiusmodi cuncta abrogent. Id quod per Lutherum iam pridem factum est, dum sectatores eius blasphema impietate sa

cro chrismate & sancto oleo calceos suos inunxerunt, aut penitus conculcauerūt pedibus, fontemq; baptismatis benedictum & aquam benedictā effuderūt, benedictos cereos, herbas, sal, candelas &c. irriserunt: abrogarunt ac prohibuerūt de cætero talia benedici: miseros infantes absq; sancto oleo & chrismate, simplici aqua, in derisum & cōtemptum catholicæ ecclesiæ baptizauerunt. Necdum abierunt menses quatuor, quando Lutherus publico scripto cunctos sacerdotum & episcoporū sacros ordines sceleratissime reprobauit, & sacrum chrisma fœtidū rancidumq; oleum vocauit. Si ergo puniri debent Anabaptistæ, qui ab eiusmodi benedictis & consecratis rebus abstinent & eas deuitant, multo iustius puniri debet Lutherus, qui & illos, & sectatores suos talia docuit & facere iussit, atq; etiā opere scelestissime contra eas ceremonias egit. Luthe. be miffa angulari.

ARTICVLVS IIII.

Magnum Balaam supra sacerdotis manus & caput ac alibi nó inspicere.

CO. Hæc horrenda blasphemia originaliter téporibus his nostris prouenit ex Lutheri captiuitate Babylonica, in qua sacrã negat transsubstantiationem, & docet panem remanere panem, & vinum vinum, in missa, tam post q̃; ante consecrationé. Et iam vltra tredecim annos hunc errorem populis inculcauit, ac nuper in libro cõtra Missas angulares (vt vocat) scelerato mendacio scripsit, Papistas quoque ita dicere, Panis es, panis manebis. Quod si ita esset, non male facerent Anabaptistæ, quod talem panẽ non habent pro corpore Christi, neq; volũt eũ venerari aut inspicere. Quũ vero hæresis ista in plerisque Concilijs intra CCCC. annos, & a beatis Episcopis Ambrosio & Augusti. ante M. C. annos, cõdemnata sit, neq; Lutherus, neq; Anabaptistæ possunt in hoc errore suo coram Deo excusari.

ARTICVLVS IIII.

Nec vlterius audire missas.

CO. Et hunc quoq; errorem affert secum præclarus ille liber de captiuitate Babylonica. Et postea in plerisq; alijs libris & sermonibus a Luthero corroboratus & audactus est, donec ipsemet tandem ingenue ac manifeste fassus est, in horrendo ac scelerato libro, quem de missis angularibus nuper inscripsit, quod diabolus eiusmodi argumenta cõtra missas inspirauerit & suggesserit sibi. Prius vero q; cum diabolo plusquã vnum (vt iactitat) frustum salis comedit, ac sese in organuz & instrumentum illi dedidit, celebrauit & ipse missas, & summe laudabat eas: ac vehementer conquerebatur in expositione decem præceptorum, contra diabolum, quod & sanctissimum istud sacrificium missæ nõ dimiserit nobis purum & liquidum, sed per auaritiam septem aureis missis cõtaminauerit. Scribebat item, nullum esse dubium quin

Vide septicipitem cap. 14.

orationes quæ in missa pro animabus in purgatorio existētibus fiunt, eis plurimū prosint & vtiles existant. Quare ipse simul cum vniuersis sectatoribus suis inexcusabiles coram Deo erūt vt pote ꝓprio iudicio cōdemnati. Vnde multa nimirum milia simplicium hominum, qui per eum seducti non spōte errant, contra illum in extremo iudicio coram Deo & sanctis angelis vindictam clamabunt, quemadmodum & infœlices Anabaptistę, quos ipse primum suscitauit ac scelerate seduxit, vltionem & culpam sempiternā aduersus eum proponent ac lugubriter cla-
Ezech. 3. c. 34. mitabunt. Et Deus omnem sanguinē eorum ex eius nimirum manibus requiret, sicut ait Propheta.

ARTICVLVS V.

Toti mundo abrenuntiare.

C O. Si hic de incredulo dūtaxat mundo loqueretur, de quo sæpe loqr tur scriptura. Et Christus ipse Ioan. 7.

14.15.&c.recte quidem loquerentur. 1.Ioā 2.
Quoniam Ioannes quoq; ait: Nolite Gal.6.
diligere mūdum. Et Paulus: Mihi, inquit, mundus crucifixus est, & ego mū do &c. Si vero per mundum hic intelligunt ecclesiam generalem & catholicam, quæ cum Papa in fide consentit, iniuste profecto loquuntur, sicut & cæteri hæretici. Sed & hanc verborum pompam ac vanam gloriam a Luthero didicerunt. Sic enim ait in captiuitate Babylonica, cum incepturus esset diabolicam suam oppugnationē contra missas. Rem arduam & quā forte sit impossibile conuelli, aggredior, vt quæ tanto seculorum vsu firmata, omniumq; cōsensu probata, sic insederit, vt necesse sit maiorem partem librorū qui hodie regnant, & pene vniuersam ecclesiarum faciem tolli & mutari, penitusq; aliud genus ceremoniarū, induci, seu potius reduci. Et adhuc pompo sius loquitur in præfatione scelerati libri de abroganda missa, dum ait. Ea enim certitudine & fiducia tentādum

est quod præstituistis, vt nõ modo totius mũdi iudicia, pro folijs leuibus & summis aristis habeamus, sed & armati simus in morte, aduersus portas inferorum, quinetiam aduersus iudicium tentantis Dei pugnare, & cum Iacob contra Deum præualere &c. At cõtra pompo sas huiusmodi pręsumptiones
Prouer. 3. ait scriptura: Ne innitaris tuæ pruden-
Esa. 5. tiæ. Et Esaias: Ve vobis qui prudentes
Rom. 1. estis apud vosmetipsos. Et Paulus: Tu autem fide sta, noli altum sapere, sed time &c.

ARTICVLVS VI.

Cum impiis non negociari, non cõuersari, non emere nec vendere, nõ salutare nec honorare.

CO. Si per impios velint hic intelligi hæreticos & excõmunicatos, recte loquerẽtur, iuxta autoritatem & sacræ scripturæ & vtriusque iuris. Si vero per impios intelligunt Christianos catholicos, qui in antiqua fide ecclesiæ cum

Papa sentiunt, loquuntur sicut cæteri hæretici & apostatæ. Et idipsum quoque a Lutheranis didicerunt, qui nos impios tota die agnominant, contra omnem scripturam, contra omne ius, honestatem & disciplinam, ex immensa superbia & voluntaria malitia. Contra quod ait ad Romanos Paulus: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Et Christus in Euangelio: Nolite iudicare, & non iudicabimini. At nos catholici & antiquæ fidei Christiani, sic vitare deberemus vniuersos hæreticos, quemadmodum sacra scriptura, & ius vtrunq; præcipit, vt per verecundiam & confusionem eo citius reuerterentur ad generalem ecclesiam & catholicam vnitatem, sicut Paulus docet. Quoniam vero in hoc negligentes sumus, permittit Deus, vt hæretici faciant nobis, quod nos illis facere debebamus.

Mat. 7.
Tit. 3.
1. Cor. 5.
2. Thes. 3.

ARTICVLVS VII.

Sabbato computum facere, ac resi-

duum inter fratres Christianos huius sectæ diuidere.

C O. Hic est prætextus & fucus, per quem egena plebs ad eiusmodi nouitatem trahitur tanquam ad vitā vere Euangelicam, & Apostolicam, de qua Act. 2. & 4 scriptum est. Verum cum tempore haud secus ibi contin- get quam contingere solet apud Lu- theranos alicubi cum generali Cista, vbi concionatores & distributores op- timam partem sibi reseruant, egenis vero tribuunt pro libito suo. Et intra breue tempus perquam multi futuri essent Ananiæ & Saphiræ in eiusmo- di vita. Si quis autem reuera huiusmo di vitam & bonorum communionem inire cupit aut desiderat, is potest se re cipere ac dedere in Monasterium ali- quod, vbi reperiet eiusmodi vitam or- dinate ac stabiliter institutam, vbi nul la personarum dicere potest, hoc est meum seu mihi propriū. Proinde nul la est necessitas, propter hunc articulū, deficiendi ab ecclesia catholica, & no-

uam erigendi sectam, sicut faciunt se-
ctarum duces ex mera superbia & va
na gloria, vt per hoc notum ac celebre
reddant nomen suum.

ARTICVLVS VIII.

Nulli potestati obedire.

CO. Hoc est contra Christum, Pe
trum, Paulum, & vniuersam scripturã:
item contra omne ius, honestatem, pa
cem & disciplinam. Christus ait: Date
Cæsari quæ sunt Cæsaris. Petrus: Su- Mat. 22.
biecti estote omni creaturæ &c. Pau- 1. Pet. 2. Rom. 13.
lus: Omnis anima potestatibus subli-
mioribus subdita sit. Et vtrunq; ius iu-
bet obedire Romano Pontifici, & Im
peratori. Neque potest honesta, paci-
fica, ciuilis aut disciplinata conuersa-
tio mortalium conseruari, vbi non est
legitima potestas & maioritas. Iam o-
mnes clamãt aduersus infœlices Ana
baptistas, propter hunc maxime arti-
culum, sicut reuera maxime reprehen
sibilis & intolerabilis existit. At nemo

vult considerare, quod articulus iste non ab ipsis, sed a Luthero primum processit & in lucem publice datus est, antequam de Anabaptistis quicquam sciebamus. Lutherus enim in libro de seculari potestate ante vndecim aut duodecim annos claris verbis & dixit & scripsit hanc sententiam: Inter Christianos (inquit) nulla debet aut potest esse superioritas, sed vnusquisque alteri æqualiter subiectus est, sicut Paulus ait Roma. 12. Vnusquisq; alterum pro superiore teneat. Et Petrus, 1. Pet. quinto. Cuncti sitis inuicem subiecti. Hoc & Christus vult Luc. 14. Quando inuitatus fueris ad nuptias, sede in infimo loco. Inter Christianos nulla est superioritas nisi Christus ipse & solus &c. Hæc sane Lutheri verba multo sunt apertiora & scripturis melius colorata quam Anabaptistarum articulus. Adhuc tamen vsque adeo stultus ac cæcus est mundus, vt eandem sententiam & in Luthero laudat & in Anabaptistis vituperet: cum tamen re

uera Lutheri culpa, malitia & nequitia multo maior ac reprehensibilior sit q̃; est miserorũ simpliciumq; & male per Lutherum seductorum Anabaptistarum. Lutherus enim primus talia docuit, & in publicum scriptis dissemi nauit, falsisq; scripturę sacræ interpreta tionibus fucauit. Paulus enim non sic habet, sicut citat eum Lutherus. De quo etiam ad propriam Lutheri transſlationem prouoco. Neq; in Petro inuenitur, sicut ipse dicit, multo minus in Euangelio. Vterque enim locus de humilitate non de superioritate aut re gimine ibi loquitur, & quidem expresſsis verbis. Quapropter multo durius corripiendus esset in hoc articulo Lutherus quam Anabaptistæ, si recto iu dicio ageretur. Lutherus enim supra centum milia rusticorum per eiusmodi dicta in seditionem ac sempiternũ interitum concitauit, & vniuersos præ terea Suermeros & nouas sectas. Q̃d certe non potest sic imputari Anabaptistis.

ARTICVLVS IX.

Die dominica oportet homines huius sectæ in modum crucis iacere super ventrem. Tunc prædicator eorum multas habet proprias ceremonias & aquas, quibus consecrantur.

CO. Hic est vere histrionicus ludus & improbum præstigium diaboli, quo veteres catholicæ ecclesiæ ritus (quos sancti patres per spiritum sanctum instituerunt atque induxerunt) culpabili præuaricatione per superbiã & inobedientiam reiiciatur, nouiq; & carnales ritus ac ceremoniæ (de quibus sacræ literæ & sancti patres nihil sciũt) propter vanam gloriam & proprij nominis notitiam, ex propria prudentia excogitentur & inducantur, ad abducendum populum simplicem per nouas præstigias ex vnitate catholicæ ecclesiæ in schismata atq; in sectas perditionis. Etenim de iacendo super ventrem nihil habet scriptura, sed indicat vere bonos & deuotos homines Abra

ham, Loth, Iacob, Iosue, Dauid, &c. in faciem procidisse pronos in terram in suis orationibus. Quemadmodum & Euangelium de domino & saluatore nostro Christo Iesu testatur quod in monte Oliueti procideri in faciem suam orans. Sicut & leprosus ille decimus, qui Samaritanus erat, a Domino mundatus cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens &c. At nouus iste ritus adinuentio nimirum est illius de quo scriptura dicit: Fortitudo eius in lumbis eius. Et virtus illius in vmbilico vetris eius. Et placet eiusmodi hominibus, qui dicunt: Conglutinatus est in terra venter noster. De qbus Paulus flens dicit ꝙ sint inimici crucis Christi, quorum finis interitus, quorũ deus venter est, & gloria in confusione ipsorum &c. Quod autem sint inimici Christi, manifeste factis indicant, dum vbiq; ex templis, Monasterijsq; & sacellis, Cruces & imagines Crucifixi abripiunt, dissecant, exurunt &c. Atque etiam in campis & publicis viis Cru-

Gen. 17. c. 19. Iosue. 5. c. 7. 1. Re. 20. Mat. 16. Luc. 17. Iob. 40. Psal. 43. Phil. 3.

ces ex erectis truncis & arboribus ra-piunt. Id quod a Luthero prius didi-cerunt, & ab eius sectatoribus persæ-pe fieri viderunt.

ARTICVLVS X.

Oportet fratres sectæ huius abrenũtiare & non tenere, q̃ Deus humanam naturam de Maria assumpserit.

CO. Huc finaliter tendebat no-uorum prophetarũ spiritus, hostis ille humanæ salutis, cuius inuidia mors in mundum introiuit, vt ait scriptura. Sapien. 2. Cum itaque Christus per ve-ram passionem suam in humana na-tura (in diuina enim natura ab æter-no impassibilis & immortalis existit) mortem deuicerit, & humanũ genus redemerit, dolet hoc infesto & inuido diabolo. Vellet proinde id impedire, dum proponit quod Deus non sit ho mo factus. Quo sane breui dicto vni-uersam fidem Christianam subuertere ac funditus extirpare molitur. Contra

hoc autem sufficit nobis vnicum illud testimonium Ioánis Euangelistæ, vbi ait: Deus erat verbum, & verbum caro factum est. Quamuis vero Lutherus hunc barbarum articulum in suis scriptis (quantum mihi constat) non habeat, scandalum tamen & ansam illis ad eum porrexit, quando contra Latomum scelerato mendacio scripsit, quod optimi doctores ecclesiæ, & sanctus Hieronymus nõ receperunt nec recipere voluerunt hoc vocabulũ Homousion, per quod Ecclesia catholica contra Arrianam hæresim fatetur qđ Christus sit vere & substantialiter Deus, homousios patri, hoc est, vnius & eiusdem substantiæ seu essentiæ cum Deo patre. Cum vero vocabulũ istud in sacris literis non habeatur, & Lutherus nihil vellet recipere nisi sacram scripturam, dicebat: Anima mea odit hoc vocabulum. Hic sequebantur Suermeri dicentes: Christus nõ verus deus sed magnus quidã propheta fuit. Hic error infixus adhuc tenetur per diabo-

li potestatem (quam extra ecclesiam habet super omnes hæreticos & infideles) cordibus insanæ ac errabundæ plebis, vt nequeant credere ac tenere qꝫ Deus sit factus homo. Hoc originaliter acceptum referre possunt Luthero, tanq̃ primæ origini & autori omnium errorum, & sempiterni interitus eorũ.

ARTICVLVS XI.

Nemo debet prædicare publice ante tempus paganorum.

C O. Hoc est contra euangelium
Mat. 10. Christi, vbi ait: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Et quod in aure auditis, prædicate super tecta. Quemadmodum & ad Annam pontificem
Ioan. 18. dicebat: Ego palã loquutus sum mundo: Ego semper docui in synagoga, & templo, quo omnes Iudęi conueniũt, & in occulto loquutus sum nihil. Sed
Ioan. 3. ita est vt ipse dominus alibi dicit: Qui male agit, odit lucem. Quapropter nihil boni ab angularibus prædicatori-

bus est, quemadmodum experientia docet. Oriuntur inde Cryptici, Adamitæ, Vualdenses, fratres hortenses, & miseri homines eo erroris prolabũtur, vt obliuiscantur tandem Dei, & omnis pudoris & honestatis, atque in eiusmodi vitia corruunt, quæ citra verecundiam neque scribi neque dici possunt. Ad eiusmodi vero prædicationes angulares magnam dedit ansam Lutheri nouum testamentum, per qđ homines publicas ecclesiæ conciones posthabebant, cum contemptu veterum & catholicorum concionatorum atque doctorum, legentes domi in angulis filiis & familijs suis deprauatum Lutheri Euangelium.

ARTICVLVS XII.

Cum fidelibus & rebaptizatis noua contrahere matrimonia.

C O. Eiusmodi incommoditas & dissolutio coniugiorum, vulgo sequitur in omnibus sectis & schismatibus,

quando discordia in fide inter coniuges oritur. Si enim Christo (cui per baptismum desponsati ac spiritualiter copulati sunt, vti Paulus docet) neque fidem neque fidelitatem seruant, deficientes a catholica Ecclesia, quæ corpus & vnica columba ac sponsa Christi est, pro leui nimirum reputant peccato, si a suo deficiant cõthorali. Quandoquidẽ ex Lutheri doctrina discunt, Matrimonium non esse sacramentũ, & audiunt ab eo, quod propter euangelium debeant relinquere domum, vxoremq; & liberos, quia Deus bene redditurus sit ipsis alias domos, vxoresq; & liberos.

2. Cor. 11. Ephe. 2. & 5.

Luthe. de cap. ba. & in sermone de Hierusalem.

ARTICVLVS XIIII.

Mulieres fideles debent maritos suos, qui credunt, dominos vocare.

CO. Hoc verbum, qui credunt, insinuat q mulieres huius sectę viros suos, qui huius sectę non sunt, dominos vocare non debeant, tanq̃ nõ teneã-

tur amplius maritis, suis infidelibus (vt dicunt) obedire. Atq; ita quærunt causas ad dissensiones & separationes, & discedunt a probis maritis suis, sub prętextu Euangelij, atque discurrunt in angulos ad fratres suos hortenses, maximo cum dolore & calamitate miserorum coniugum, quos cum paruulis liberis domi relinquunt, adiguntq; eos ad infamiam perditionemq; & interitum domestici status.

ARTICVLVS XIIII.

Omnes serui & ancillæ qui soluti sunt, nō debent inire coniugium cum paganis, nec vlli pagano seruire, sed fidelibus tantum.

CO. Miseri homines isti vocant nos paganos, tanquam nondum baptizati simus, quandoquidem baptismum paruulorū pro nihilo reputant, & nos omnes dum paruuli essemus baptizati sumus. Nos autem euidenter ostēdere possumus ex sancto Dio-

Ecclesiast. hierar. c. 7. in fine. nysio (qui a Paulo couersus, Mariam Dei genitricem, Petrum, Ioannem, & alios Apostolos corporaliter in carne
Cyp. li. 3. epist. 8. vidit) & ex magno pontifice & marty-
Matt. 19. re Cypriano, q baptismus paruulorū vsque ab initio in ecclesia semper fuit, & valuit, ac pro legitimo habitus est, quemadmoduз & Christus ipse dicit: Sinite paruulos & nolite eos prohibere venire ad me &c. Sed infoelices homines isti, hunc quoque periculosum barbaricum & horrendum errorē hau serunt (sicut & cæteros) ex Lutheri scripti, & perniciosis libris, in quibus sacramenta diminuit, & soli fidei omnia tribuit, quemadmodum articuli eius quos Leo Papa. X. dānauit, indicant. In primo enim ait, Hæreticam esse sententiā, q sacramenta nouæ legis dent gratiam &c. Et in secundo sic dicit: In puero post baptismum negare remanens peccatum, est Paulum & Christum simul conculcare. Contra hos articulos ego duos bene lōgos iam olim scripsi libros, vnum de gratia sacramē

rorum, alterum de baptismo paruulo-rum, in quo ostendi Lutherum hac in re magis barbarum crudelioremq; esse infanticidam, quam Pharao, Medea, & Herodes fuerunt. Ad quod sane ta men sibi sic obiectum in hanc vsque diem nihil respondit. Contra primum vero librum, in quo dicebam paruu-los per baptismum gratiam & salutẽ consequi, quamuis nondum credant, quando ad baptismum deferuntur. Quandoquidẽ nõdum habent vsum rationis ad credẽdum fide propria, aut ad sciendum quid Christianus homo credere debeat &c. Lutherus ita respõ-dit. Quin asserimus paruulos prorsus non esse baptizandos, si verum est, eos in baptismo non credere &c. Ante hęc Lutheri verba nihil prorsus de rebapti zatoribus, aut Anabaptistis neotericis audiuimus aut nouimus, verum pau-lo post extorti sunt. Scriptura enim cla re testatur ꝙ paruuli distantiam boni ac mali ignorent. Deutero. 1. & nesciãt quid sit inter dextram & sinistram suaȝ

Luthe. aduersus Cochleum.

Ionæ.4. Ineuitabiliter itaq; sequitur, aut Lutheri doctrinam esse falsam de sola fide, aut paruulorum baptismum reprobandum esse. De quo sane prouoco ad eruditos & vniuersitates qualcunq;. Nunc ad propositum. Articulus iste seditiosus est & publicę paci intolerabilis, cunctisq; Christianis contumeliosus. Ad hæc & contra scripturas

1.Pet.2. Colo.3. Ephe.6. Petri & Pauli, quæ nequaquá sic prohibét seruire etiam veris paganis, multo minus prohibent seruire nobis baptizatis Christianis.

ARTICVLVS XV.

Nullus Christianus regnare debet super paganos.

CO. Hæc quoque stultitia ex Lutheri libris procedit, quemadmodum supra ex parte ostensum est, quia non vult secularem potestatem Christianã esse. Et in tertio libello de rusticis sic ait: Dicta scripturæ de misericordia loquentia, pertinent ad regnum Dei &

inter Christianos, non ad seculare regnum. Christianus enim non solum debet esse misericors, sed & omnia pati debet, rapinas, incendia, cædes, diabolum & infernum. Taceo, ꝙ vllum hominem deberet percutere, occidere, & vlli talionem reddere. At seculare regnum quod nihil aliud est quā diuinę iræ minister super malos, & verus percussor inferni & mortis æternæ, nō debet esse misericors, sed rigidum, seuerū & iracundū, in suo officio & opere &c. Ex his sequitur articulus iste, contra vtrunq; ius & vtrunq; Testamentum in quibus secularis potestas inter Christianos & fideles admissa est, quemadmodum & Sancti doctores Ambrosius, Augustinus, Gregorius &c. docēt & admittunt.

ARTICVLVS XVI.

Christiani debent omnia relinquere officia quæ non sunt legitima.

CO. Articulus iste bene admit-

titur, vt sonat, nisi occulte subsit malus intellectus, in hoc verbo, Non legitima, si forsitan quædam officia vocitent illegitima, quæ alias a quibuscunq; in catholica Ecclesia pro legitimis habentur.

ARTICVLVS XVII.

Legitima quoque officia debent suos deponere abusus.

CO. Et hic quoque bonus est articulus, si non admisceatur ei falsus intellectus, quemadmodum Lutherus multos proponit abusus, veluti de sacrificio missæ, de exequijs mortuorũ, de dedicationibus ecclesiarum, de benedictionibus salis, aquæ, placentarum &c. Quæ reuera abusus nõ sunt, nec dici debent.

ARTICVLVS XVIII.

Nullus Christianus debet vsuras aut redditus dare aut accipere.

CO.

CO. De vsuris quidem recte dicunt, de redditibus vero nō recte. Redditus enim neque in scripturis neque vllo in iure prohibiti sunt. Reperimus enim quod magnus ille patriarcha & Christi typus Ioseph, comparauit regi Pharaoni redditus in tota terra Aegypti, atque etiam sacerdotibus redditus dedit. Insuper & Christus ipse dixit, dū de censibus interrogaretur: Date Cæsari quæ sunt Cæsaris. Et Paulus: Reddite (inquit) omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal &c. Gen. 47. Mat. 22. Rom. 13.

ARTICVLVS XIX.

Postremo loco fit sermo, & post eius finem adhortatio, vt crescant & multiplicentur ac repleant terram.

CO. Ad eiusmodi nuptias cansinas abutunturhomines miseri, diuina illa benedictione: Crescite & multiplicamini. Quod profecto totum profluit ex pura doctrina & euangelica castitate Lutheri, qua docuit ante. xij. Luthe. de vita coniugali.

annos, In hæc verba: Sicut in potestã te mea non stat, quod sim mas, ita etiã non stat apud me, quod sine muliere sim. Non est enim liberi arbitrij aut cõ silij, sed res necessaria & naturalis, vt omne quod est mas habeat fœminã, & omne quod est fœmina habeat ma rem. Hoc enim verbum quo deus ait, Crescite & multiplicamini, non est mã datum, sed plus q̃ mandatum, nempe opus diuinum, quod non consistit in potestate nostra ad cauendum aut ad omittendum illud. Sed tam necessarium est q̃ quod ego mas sum, & magis necessarium q̃ edere & bibere, q̃ screare & expuere, q̃ dormire & vigilare &c. Quantum vero impudicitiæ in iuuentute intra duodecim annos ex hac doctrina ortum sit, nemo satis eloqui possit. Videntur nunc alicubi pueri tredecim aut quindecim annorum in clara luce manifeste in lupanaria currere. Et a virginibus quibusdã tam impudica & obscena audiũtur, vt etiã adolescentes & adulti super ijs erube-

ficant. Atque alicubi vſque adeo ceci-
dit omnis pudor, vt virgines dixerint
ad iuuenes, vna ad vnum Veni tau-
riza me. Contra hanc Lutheri doctri-
nam ego in libello de cauſſis matrimo
nialibus ita reſpondi. Hoc verbũ, cre-
ſcite &c. dixit Deus etiam ad volucres
& piſces Gene. 1. Quod tamen nõ im
pedit nec abſterret nos, ne bonas aui-
culas includamus in caueas ſolitarias,
die & anno, abſque huiuſmodi opere
multiplicationis, quæ & dulciter & hi-
lariter cantant, poſteaquã captiuitati
ſunt aſſuetæ, & de tali neceſſitate mul
tiplicandi nihil omnino querũtur. Si-
militer & lucij & carpones conſeruan
tur in viuarijs abſque illo opere. Vt
ſumme profecto admirandũ ſit, quo-
modo aures Chriſtianę tam caninam,
immo pluſquam caninam doctrinã
audire queant. Nam ne canibus qui-
dem ſemp permittitur eiuſmodi opus
multiplicandi perficere. Verum qui-
dem eſt, quod deus per illa verba tum
hominibus tum cæteris animantibus

virtutem ac potentiam implantauit qua se multiplicare queant. Sed inter oportet & potest, ingens & lata est differentia. Hæc ibi.

ARTICVLVS XX.

Si quis rebaptizatorũ habeat vxorem, quæ rebaptizari non vult, aut si qua rebaptizataruz virum habeat qui nolit rebaptizari, debet separari ab inuicem, & aliud inire matrimonium.

COC. Hoc manifeste repugnat Euangelio Mat. 5. & 19. vbi Christus ait: Quicũq; dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis caussa, facit eaz mœchari, & qui dimissaz duxerit, adulterat. Sic & Paulus ait: His autem qui matrimonio iuncti sunt pręcipio non ego, sed Dominus, vxorem a viro nõ discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem suam non dimittat &c. In hoc itaq; articulo Anabaptistæ aduersantur Luthero. Lutherus enim de vi-

ra coniuga. ait: Matrimonium est res externa & corporalis, sicut ceteræ mũdanæ negociationes. Quemadmodũ igitur potest aliquis cum pagano, Iudæo, turca, hæretico, edere, bibere, ire, dormire, mercari, & agere: ita & matrimonium cum eo cõtrahere, & cum eo permanere in coniugio potest &c. Verum catholica ecclesia vadit inter vtrũque errorẽ, per medium via regia, neque ad dextram, neque ad sinistram declinans: & vult, vt Christianus non contrahat matrimonium cum infidelibus & non baptizatis, neque item cum hæreticis. Si vero inter coniuges alter eorum sit hereticus, non debet propterea dissolui matrimonium, neque licet cum alio contrahere. Qua de re ego ad lõgum disputaui, &. X. errores Lutheri circa hoc reprobaui in libello de caussis matrimonialibus, quæ omnia hic referre nimis longum foret.

ARTICVLVS XXI.

Fertur, & ita esse compertum habe[...]

tur, q Anabaptistæ intra monasterium cuidam propriam sororem germanam in matrimonium tradiderunt.

CO. Et hæc quoq; barbaries ex Lutheri doctrina profluit. Primum, qd Lutherus nihil recipit nisi sacram scripturam. Iam nusquã reperitur vel in Euangelio vel in Paulo, prohibitum esse, ne quis sororem suam in vxorem ducat. Deinde, quod Lutherus contra ordinationem & prohibitionẽ catholicæ Ecclesiæ admittit & licitum facit, alicui in vxorem ducere sui fratris aut sororis filiam. Vult item, quod fratrum & sororum filii possint licite contrahere, pie & christiane &c. Ecclesia vero catholica hoc totũ reprobat, ordinationemq; constituit, quousq; licitũ sit matrimonium inter cognatos cõtrahere. Primum quidem in septimum vsque gradũ prohibuit. Deinde vero per Innocentium Papam huius nominis tertium in Concilio Lateranensi relaxauit vsque ad gradum quartum inclusiue. Quamuis autem leges imperia-

Luthe. de causis matrimonia. & li. de vi ta cõiug.

Ex de cõsan. & af. c. Nõ de.

les permitterent fratrum & sororum filios filiasq; adinuicem copulari. Augustinus tamen scribit, q expertus sit in connubijs consobrinarum, etiam suis temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, q raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec diuina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana. Nam quod fiebat cum consobrina, pene cu3 sorore fieri videbatur, quia ipsi inter se propter tam propinquam consanguinitaté, fratres vocantur, & pene germani sunt. Haec Augustinus. Et mox post Augustini tempora in Concilio Agathensi sic decretum & constitutum legitur. De incestis cō/iunctionibus nihil prorsus veniae reseruamus, nisi cum adulterium separatione sanauerint. Incestos vero nullo coniugij noie deputádos, quos etiam designare funestum est.

Augu. de ci. dei, li. 15, c. 16.

Cōcil. Agath. c. 62

CONCLVSIO.

Ex his vnusquisq; facile cognoscet, Anabaptistas aliosq; Suermeros & sectarum duces neque extingui neque extirpari posse quandiu hæretici libri Lutheri non fuerint extincti, & extirpati. Ipsi enim sunt stirps & radix vnde tales fructus quotannis crescunt, quotquot demetuntur, non prodest amputasse quandiu integra permanet radix ex qua alij succrescere possunt. Vt mihi non dissimile videatur huiusmodi bellum Principum aduersus seditiosos Suermeros & Anabaptistas, a putatione salicum, vnde agricolæ semper tenera salicũ virgulta conquirunt, quãdiu stirps antiqua aut radix integra aut salua permanet. Lutheri enim doctrina vtique radix illa est de qua Moses Deutero.29. & Paulus Heb.12. loquuntur, dicentes: Videte ne qua radix amaritudinis sursum germinãs impediat, & per illam inquirentur multi. Deus æternus det gratiam suam, vt ra

dix ista extirpetur, aut saltem ab omni veneno & amaritudine mundetur & expurgetur, ne vlterius germinet sursum, ac maiora damna (vti verendum est) afferat quam vnquam antea. Quemadmodū Christus in euangelio Mat. 12. nos admonet; ne nouissima fiant peiora prioribus. Ita enim Dei non vult irrideri vsq; in finem. Si tarde venit, eo grauius tanget ac puniet, nisi caussam iræ amoueamus.

FINIS.

DE VENE RATIONE ET INVO catione Sanctorũ, ac de ho norandis eorũ reliquijs, aduersus Luthera- nos, breuis As sertio.

PROLOGVS.

EMERSERVNT quidam, sub prætextu Euangelij & vmbraculo veritatis, falsa dogmata disseminantes, conturbantesq; orbem Christianum, tranquillitatem reipublicæ Christianæ, & fidei synceritatem. Qui sane impudenter nimis, ne dicam impie, imprimis asseuerant, diuos, cæli incolas & Christi cohæredes, non esse venerandos & colendos. Deinde Diuorum opem & patrocinium nihili faciunt, & quod consequens est, postremo reliquias fastidiunt & subsannãt,

Tres partes huius tractatus.

Atque hæc quidem patrare non reformidant contra ecclesiæ consuetudinem, tanto temporum interuallo confirmatam, contra sanctorum patrum testimonia, contra sacræ scripturæ genuinam & veram intelligentiam. Ego vt illorum fraudulentis & peruersis conatibus obsistam, corrogaui aliquot auctoritates ex locupletissimo penu sacrarum literarum, quibus obtectus adueríariorum tela, partim in ipsos hagiomastigas, hoc est, diuoru calumniatores retorqueam, partim a Christiano grege & orthodoxæ fidei cultoribus propellam.

PARS PRIMA DE VENERATIOne Sanctorum.

TV ne igitur (vt tecum congrediar, insane diuorum irrisor) illum esse venerandum negabis, quem pater cœlestis honorificat? assertor noster Christus apud Ioannem 12. ait: *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.* Diuos qui Christum imitati sunt, qui Christo ministrauerunt, qui animam suam in hoc mundo oderunt; vt in vitam æternam custodirent, pater cœlestis honorat, & tu honore priuas? Christus ministris suis honorificationem pollicetur, tu diuos iam cum Christo fine fine regnaturos, ab honore & veneratione repellis? Animaduerte quæso, quàm bene tibi conueniat, cum promissis Christi, cum Euangelij documētis. Nonne Christus Lucæ. 12. sub patri familias parabola, ijs ministratu-

rum dicit, quosquos e famulis inuene-
rit vigilantes? & diuis in æternam bea-
titudinem auctoritatis, ministeriū ve-
nerationis denegas? Audi Lucam, cu-
ius laus in Euangelio. Beati serui illi
quos, cum venerit dominus, inuenerit
vigilantes, amen dico vobis, quod præ-
cinget se, & faciet illos discumbere &
transiens ministrabit illis. Discors pla-
ne ac ex diametro pugnans sententia
inter Christum & eum qui Christiano
nomine se iactat. Illic enim humilis
dominus se præcinget, vt sanctis & ami-
cis suis famuletur: hic tu pertinax di-
uorum contemptor, animum obfir-
masti, vt sanctis & electis insultares. Il-
lic creator a se conditæ creaturæ accu-
bitum parat, hic creatura creatorem in
sanctis suis mirabilem aspernaris. Illic
redemptor trāsiens ministrabit, hic ve-
sanus homuncio quos honorare redē-
ptor mandat, irrides.

Sed ais, sacræ scripturæ testimonia
se sequutum, isthæc opinari, scriptum Argumē Luthe.

Mat.4. esse in Matthæo. Dominum Deum
Deu.6. adorabis, & illi soli seruies. Itē in Deu-
c.10. teronomio. Dominum Deum tuum
Act.14. timebis, & illi soli seruies. Item Paulū
& Barnabam in Lystris, honorem sibi
a turba, vt sacerdote Iouis, exhibitum
Apoc.19. refugisse. Item Angelum Ioanni, ante
pedes adorare voléti, dixisse. Vide ne
feceris, cōseruus enim tuus sum, & fra-
trum tuorū prophetarū, Deum adora.

Recte tu quidem hæc citas, & vera
Solutio. sunt quæ citas, sed vereor ne recte in-
telligas. Deerrāt sępenumero in sacra-
rum literarum vero sensu eruendo, qui
ad eas tractandas illotis (quod aiunt)
manibus prodeunt, nempe qui literæ
inhærere ita solent, vt spiritum negli-
gant, Quod & tibi accidisse facile cō-
monstrabo. Asseris enim solum deum
esse adorādum, fatemur, sub certo in-
Dan.2. iudith.10 telligentiæ temperamento. An nō Na-
3.Reg.1. buchodonosor rex Danielem adora-
Iosue.5. Gen.18. uerit? Iudith Holofernē in Conopeo
sedentem? Nathan propheta Dauid

regem? Iosue principem exercitus te
nentem euaginatum gladium? & tan
dem Abraham (vt aliquádo finiam)
angelos? Et tu me astringes ne citra di
stinctionem, citra veri intellectus con
dimentum, simpliciter admittam, so
lum Deum esse adorandũ? Aut enim
hic distinguas necesse est, aut sacram
scripturam a se diffidere, atque secum
pugnare cõfitearis. At quid tam absur
dum, tam perniciosum esse potest no
stræ religioni, q̃ sacrarum literarum pu
gnantiam & discordiam agnoscere?

Ab hoc non discrepat, quod subdi
tur, soli scilicet Deo esse seruiendum. 1. Tim. 1.
Paulus ait ad Timoth. Regi seculo
rum immortali inuisibili soli Deo ho
nor & gloria in secula seculorum. Ad
Romanos vero. Gloria & honor & Rom. 2.
pax omni operanti bonum, Iudæo
primum & Græco. Viden hic eiusdẽ
autoris pugnantes sententias? elãgue
scet itaque vel Pauli autoritas, vel ea
quæ secum pugnare videntur, distin

ctione mitiganda sunt, & diuisione leuiganda.

Quod si adorationis, si honoris distinctione opus sit, qui fit, vt simpliciter pronuncies, quod varium & multiiugum? Cur in vnum sectionis membrum sic inclinas, vt alterum reijcias penitus? Colimus & adoramus Deum, vt creatorem, vt redemptorem, vt remuneratorem, colimus & veneramur diuos, tanquam diuinæ excellentiæ quodam modo consortes. Quos sa
Psal. 81. ne regius Propheta, Deos vocat & fi
Rom. 8. lios excelsos omnes. Quos Deus, præ
Mat. 12. cone Paulo, prædestinauit conformes
Mar. 3. fieri imagines filij sui. Quos denique Christus per Matthæum & Marcum fratres suos, sorores & matres appellat. Illud adorationis genus Chrysostomus, Augustinus & sacrosancta doctorum turba latrian, hoc vero dulian, appellare solent, vt latriam soli Deo tribuimus, ita duliam diuis & sanctis communiter impartimus.

Hic

Hic fortaſſe nares corrugabis, audi‑to nouo quodam prodigio recentium vocabulorum. Sed mihi crede, nõ eſſe ociosam vocularum inuẽtionem, quã ſancti patres, cum ad ſacrarum litera‑rum tenebras illuſtrandas, tum ad pla‑candas quorundam locorum diſcor‑dias, ſalubriter & pie docuerunt.

PARS SECVNDA DE SANCTORVM inuocatione.

SEcũdo clamitas veſane maſtigia, Sanctorum opem non eſſe implo‑randam, tuis, neſcio, an Dei præ‑ſidijs confiſus. Quod ſi tuis, iam Pau‑lum lapſum fateberis dicentem. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficiẽtia no‑ſtra ex Deo eſt. Quod ſi Dei, non eſt excludendum ſanctorũ patrocinium, quippe cum Deus quoque nos per Iob hortetur, vt vocemus & ad aliquẽ ſan‑ 2.Cor.3. Iob.5.

ctorum conuertamur. Quod vt pla-
nius intelligas, libuit hoc loco oratio-
nis futuram Paulo latius explicare.
Tu ne tandem illorum opem exibila-
turus es aut reiecturus, quorum pre-
ces toties iræ Dei restiterunt? toties ma-
num iam fulmina parantem auerte-
runt? toties Deum ad vindictam accin
Exo.32. ctum placarunt? Nonne Dominus lo-
quitur ad Mosen, Dimitte me vt per-
cutiam populum istum, & faciam te
Psal.105 in gentem meam? Nonne Dominus
dixit vt disperderet Israelitas, si non
Moses electus eius stetisset in confra-
Psal.106 ctione in conspectu eius? Nonne ste-
tit Phinees & placuit, & cessauit quas-
Num.16. satio? Nonne Aaron arrepto thuribu-
lo inter ignem arsurumq; populum
medius stetit, & Dei ira cessauit? Non-
Iac.5. ne (si Iacobum audias) multum va-
let deprecatio iusti assidua? Nõne He-
lias orauit, vt non plueret super terrã,
& non pluit annos tres & menses sex?
Nonne rursum orauit, & cœlum dedit
pluuiam, & terra dedit fructum suum?

Hic Moses, Phinees, & Aaron opem sensit populus Israeliticus, & tu beatorum opem explodes? Hic Helia intercedente terris pluuia & adempta & restituta est, & tu sanctorum interuentum inanem esse putabis?

Dices fortasse cum Vigilantio, viuos mutuo pro se orare posse, nullius autem demortui pro alio exaudiendam esse orationem, atque ita Diuorum opem, quam fusa ad Deum pro nobis orationem fieri opem, expectandam nõ esse. Hic tibi respondebit Hieronymus. Si apostoli & martyres adhuc in corpore constituti, possint orare pro cęteris, quando pro se debent esse soliciti, quanto magis post coronas, victorias, & triumphos? Siquidem Stephanus imitator domini fuit & primus in Christo martyr, pro persequutorib9 viuens veniam deprecatus sit, nũquid postquam cum Christo esse coeperit, minus valebit? Paulus ducẽtas septuaginta sex animas sibi adhuc viuenti

Obiectio

Cõtra vigilantius responsio. Act. 7.

Act. 27.

condonatas in naui testatur, at postquam resolutus cum Christo regnat, nunquid iam ora clausurus est? Non sinit Diuorum iam perfecta charitas, vt mortui minus aut velint aut possint quam viui poterant. Multuz orat

2. Mac. vltimo. (in Machabęorum libro scribitur) pro populo & vniuersa sancta ciuitate Hieremias propheta Dei. Ascendisse fumum incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli, coram Deo,

Apoc. 8. Apocalypsis testatur.

Rursum obmurmuras Deum scrutari corda nostra, Deum nosse quoruz indigeamus, proinde opus non esse, neque nobis quidem intercessoribus qui vota nostra Deo, exponant, neque Deo ministris, per quos exauditaz esse orationem nostram declaret. Cæteruz

Psal. 83. quemadmodum Deus est, qui vota nostra exaudire, qui orationes implere potest. Dominus est, qui gratiam & gloriam dabit, ita quoque Dominus Deus interim, neq; votis annuit, neq;

exorabilem se præstat, nisi intercedentibus diuis. Nonne apud Ezechielem Dominus ait: Quæsiui de eis virum, qui interponeret maceriam, & staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam? Potuit vtiq; Dominus non dissipare terram, attamen virum quæsiuit, quo interpellante a dissipando remoraretur. Nonne apud Iob dicit Dominus Iob seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt vobis non imputetur stultitia? Nonne in eodem quoq; capite dicitur, Dominus conuersus est ad pœnitentiā Iob, cum ille oraret pro amicis? Orarūt haud dubie amici Iob & exauditi nō sunt, orauit Iob pro amicis, & conuertit se Dominus ad petitionem eius. Adeo efficax est iusti deprecatio assidua, adeo dulcis ante Deum oratio (vt Chrysost. ait) quā charitas fraternitatis commendat, adeoq; magna sunt (autore Augustino) in terris per sanctos curationum solatia. Sed hæc mittamus, ad tertium accedentes,

Ezech. 22

Iob. 42

In Matth.

22. de ciuitate Dei.

PARS TERTIA DE RELIQVIIS Sanctorum.

Cõtra vigilantiũ. POstremo doles (vt cum Hieronymo loquar) martyrum & cæterorum diuorum reliquias precioso operiri velamine, & non vel pannis vel cilicio colligari, vel proijci in sterquilinium. Quid te rogo recõditi sanctorum cineres offendunt, quos etiam
1. Cor 6. Gentes, quæ Deum ignorant, mouere, ominosum esse putant? Cur ossa cõtemnis, quibus corpus compaginatũ fuit, domicilium inhabitantis gratiæ? quibus membra cohæserunt templũ spiritus sancti? quibus olim diuina virtute coeuntibus, redintegratum corpus simul cum anima æternæ beatitudinis particeps erit? Si animam colis, cole & corpus Diuorum, cole mẽbra, cole reliquias. Quod anima nunc cõsequuta est, corpus olim proculdubio adipiscetur, surget enim (vt Paulus

ait) in incorruptione, surget in gloria, surget in virtute, surget spirituale. Tu demortui patris relictam tibi vestem honorificenter tractas, reuerenter induis, & ossa diuorum suggilabis? quæ sane hoc magis honorari cõuenit, quo præstabiliora sunt indumento. Annulo, quem amicus decedens e viuis tibi legauit, digitum non exornas, nisi chari amici imago subeat, nisi dulcius verborum memineris, nisi annulum etiam perpetuæ amicitiæ pignus relictum exosculaueris, & tu in cineres diuorum nobiscum repositos mordacem locum cõfinges? Lingaum coinquinatam quasi ignem deuorantem & gladium acutū exeres? Quid enim sunt cineres & ossa, nisi quædam sanctorū pignora in terris relicta? quæ & futuram resurrectionē nobis promittunt, & in corporis glorificationē spem nostram erigunt. Audi Prophetam dicentem: Resurgent qui erant in monumentis. Audi eundem in alio loco: Ossa nostra quasi herba germinabūt.

1. Cor. 15. Aug. de ciui. L. 1. Esa. 26. Esa. 66. Dan. 12.

Danielem audi testificantem, multos ex ijs qui dormiunt exurrecturos in vitam æternam. Audi Christum esse asserentem Deum Abrahã, Deum Isaac, Deum Iacob, Deum inquã non mortuorum, sed viuentium. Quod si ossa renitescent si monumentis occlusi ad vitam excitabuntur, si Christus viuentium Deus sit, Abraham, Isaac, & Iacob, non ex sola anima, sed anima & corpore coalitorum. Qui fit, vt diuorum corpora venerari refugis, qui ea in æternæ vitæ communionem esse olim reuocanda, ex certissimis sacræ scripturæ testimonijs liquido cognoscis? sed vereor ne stupidior sis q̃ vt hæc intelligas, aut saltem peruicacior q̃ vt intelligere velis. Igitur orationem sistam, atq; te hortabor, vt post hac linguam reformes, vt ad sobrietatem sapias, ne forte thesaurizes tibi iram Dei in nouissimis diebus.

FINIS.

D. CYPRIANI EPISTOLA ad Cornelium fratrem de sacerdotibus obtemperandis.

IN Deuteronomio dominus deus loquitur, dicens: Et homo quicunque fecerit in superbia, vt nõ exaudiat sacerdotem aut iudicem, quicunque fuerit, in diebus illis morietur homo ille: & omnis populus cum audierit, timebit: & non agent impie etiam nunc. Item ad Samuelẽ, cum a Iudæis sperneretur, deus dicit: Non te spreuerunt, sed me spreuerunt. Et dominus quoque in Euangelio: Qui audit, inquit, vos, me audit, & eum qui me misit: & qui reijcit vos, me reijcit: qui me reijcit, reijcit eum qui me misit. Et cum leprosus damnasset: vade, inquit, & demonstra te sacerdoti. Et cum postea tẽpore passionis alapam accepisset a seruo sacerdotis: cumque ei dixisset, Sic respondes pontifici? Aduersus pontificem dominus contumeliose non dixit, nec quicquã de sacerdotis honore detraxit, sed

Deut. 17.
1. Reg. 8.
Luc. 10.
Mat. 8.
Ioan. 18.

innocentiam suam magis asserens & ostendens: Si male, inquit, loquutus sum, exprobra de malo: si autē bene, quid me cædis? Item in actibus Apostolorum. Postmodum beatus Paulus cum ei dictum esset: Sic insimulas in sacerdotem dei maledicendo? quāuis domino iam crucifixo, sacrilegi & impij, & cruenti illi esse coepissent, nec iam quicquam de sacerdotali honore & autoritate retinerent, tamen ipsum quāuis inane nomen & vmbrā quandam sacerdotis cogitans expauit. Nesciebam fratres, inquit, quia pontifex est. Scriptum est enim: Principi plebis tuæ nō maledices. Cum hæc tanta ac talia & multa alia exempla præcedāt, quib⁹ sacerdotalis autoritas & potestas diuina dignatione firmatur, quales putas esse eos, qui sacerdotum hostes, & contra ecclesiam catholicam rebelles, nec præmonentis domini cōminatione, nec futuri iudicij vltione terrentur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, q̄ȝ inde

Act. 23.

Hereses vñ ortę.

quod sacerdoti dei nō obtemperatur? Nec vnus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tēpus iudex vice Christi cogitatur: cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret: nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporum cōsensum iudicem se non iam episcopi, sed Dei faceret. Nemo dissidio vnitatis Christi ecclesiam scinderet: nemo sibi placens ac tumens seorsum foris nouam hæresim conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, vt putet sine Dei iudicio fieri sacerdotē, cum dominus in euangelio suo dicat: Nonne duo passeres asse væneunt, & Mat.10 neuter eorum cadit in terram sine patris vestri voluntate? Cum ille nec minima fieri sine voluntate dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut non permittente deo in ecclesia dei fieri, & sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius senten

Dei nutu cuncta reguntur. tia ordinari? Hoc est fidem non habere qua viuimus, hoc est, deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus & credimus. Plane episcopi non de voluntate Dei fiunt, qui extra ecclesiam fiunt, sed cõtra dispositionem & traditioné euangelij fiunt: sicut ipse dominus in duodecim prophetis ponit & dicit: Osee. 8. Sibimetipsi regem constituerunt, & non per me.

Venetiis per D. Bernardinum Stagninum de Tridino.
M D XXXVIII.

